

**I**n principio e. d. c. Non dicit in principio dixit deus: fiat celum et terra. sed dicit: fiat lux: et facta est lux. quoniam universaliter nomine celum et terra comprehendendū erat qd fecit deus. Deinde p ptes explicandū quomodo fecit. Unde sequit. Dicit deus. Fiat: et p verbum suū fecit: vel qd cū primū fiebat informis materia spūalis vel corporalis. non erat dicendum: dicit deus: fiat. incongruum em̄ erat a deo dici: fiat: qd formā verbi non imitab⁹ imperfectio: nisi cū generis sui conuersione ad creatorē fit perfecta creature. vt cum dicit: dixit deus: fiat intelligam? em̄ ad se imperfectionē creature reuocare. Cum ergo dicitur: In principio fecit deus celum et terrā. cōmemoratio filij fit: qd principiū est. Et cū dicitur: dixit deus fiat: cōmemorat: qd verbum est. Per principiū notat exordium creature existēris ab illo. per verbum. pfectionem creature ab illo ad ipsum resuocate: vt formetur imitando formā verbi incommutabilem. Nō em̄ habet vitam informē verbum tei: cui est esse qd vivere uno idem vivere qd beate vivere. Creatura vero spūalis habet informē vitā: cui nō est hoc esse qd vivere: nec viuē qd beate vivere. qd auia a sapientia tei: stulte et misere viuit.

**I**n principio c. d. c. et t. Creationē mūdi insinuās scriptura: primo vero eternitatē et omnipotētiā tei ostēdit. Quē em̄ i principio temporū mūdi creasse: eundē ante tpa eternaliter significat extitisse: et quē in p̄ditōis initio celum et terrā creasse narrat-tanta celeritate opationis omnipotētiē esse declarat: cui voluisse facere est. Bene ergo dicit: In principio c. d. c. et t. Ut rūq; s. simul: quānū vtrūq; simul ab homine nō dicat. Vñ prophetā: terrā in initio factā ostendit dicens: Initio tu dñe t. f. r. c.

**I**n principio c. d. c. et t. Celum nō visibile firmamentū: sed empirum: ignem: vel intellectuale: qd nō ab ardore: sed a splendorē dicit: qd statim repletū est angelis. Unde in iob: vbi eras cū me laudarent astra matutina. Et nota tria h̄ cōmemorari elemēta. Noī celi aerē intelligim⁹. Noī terrae ipsā et ignē qd in ea latet. Quarti: i. aq̄ i sc̄ntib⁹ fit metiō.

**C**in principio Alc. Filio: quo būanato patuit qui esset celestes: qd terreni. **C**elum. Creatura spiritualis ab exordio pfecta et beata. Terra: corporalis materies adhuc imperfecta.

**C**elum. Informem materiam spiritualis vita: sicut in se potest existere nō conuersa ad creatorē in quo format. Terram corporalem: sine omni qualitate: que apparet in materia formata.

**S**criptura ait: qui fecisti mundū de materia informi. Materia facta est de nichilo. Species mundū de materia informi.

**B**eda. Proinde duas res fecit deus ante omne tempus: angelicas creaturā: et materiam informē: quās salomon dicit: Qui viuit ingetnum: creavit omnia simul. Secundū originē trī informis materies antecedit formatā speciem. Itaq; mundū: et angelos: et animā: de nichilo fecit deus: hominē et creature ceteras de aliquo.

**B**eda. Septem sunt celi: quoy h̄ sunt nomina: aer: ether: olimpus: spaciū: et ignē: firmamentū: celū: angeloz: et trinitatis. Hie: aut dicit cēlum trinitatis primum. Secundū angeloz. Terciū firmamentū.

**M**istice. In principio c. d. c. et t. eos: s. qd celestis imaginē portauerit: et terrā: i. eos qd postea supbiēdo terrā: i. tēni boīs imaginē portates se fecerit deformatē. Terra erat tānis: qd deposituerat formā bonā: et vacua boni opis fructū: et tenebre erat. Terri s. lumen p̄natō: sup faciē abissi. corda: s. supborz. Terra aut er. inq. et ha. Be. Qd vel quale celū i principio cū terra factū est: ostendit. Hoc em̄ de terra subdit: qd de celo intelligi voluit. Hoc enim superius celuz qd a volubilitate mundi secretū est: mox ut crestum est: sanctis angelis est impletum. quos in principio cum celo et terra cōditos testatur dñs dicens: Vbi eras cū me laudaret astra matutina: et

inbilarēt oēs filij tei? Astra matutina: eosde angelos et filios tei vocat. De celo cū in quo posita sit lumina: quoniam vñ quā faciū sit: postea dicit. **S**tra. Ina. et va. Inutilis: s. et infructuosa et incōposita. Oia em̄ elemēta cōmixta et confusa: et totū hoc acris spaciū aquis plenum: non quales nunc sit: sed sicut nebule tenues erāt: quales adhuc superelestes sunt. **E**t tene. et s. f. a. Angi. quia s. nō erat lux: qd si esset: etā superset et ligenderet: qd sit in creatura spūali: cum pertinet ad incōmutabile lumen: qd tens est.

**B**e. Lenebr. et s. f. a. Nō sunt audien di: qui reprehendendo dicit deū prius creat se tenebras qd lucem: quia nullas in aqua vñ aere fecit tenebras sed distincto ordine pudentis prius aq̄s cum celo creauit et terra: has cū voluit lucis gratia venustauit. Et notandum: qd cum celo duo elemēta mūdi creati sunt: quibus alia duo inserta sunt: aqua: s. et terra: quibus insit ignis et aer. Agant totā superficie terre tāta altitudine tegebat: et ad illos vñ qd locos pertingeret: vbi nū vñq; sup formam partim resit. Ipsa aut terra et aqua informis dicuntur materia: qd omnia qd videmus: vel ex istis sumpserūt exordiū: vel ex nichilo: et priusq; in luce venirent: nō erat vnde formā haberent.

**A**ug. Historice. Et spiritus domini ferebat super aquas. Siue totā corporalem materiam aquā appellauit: vt insinuaret vnde facta et formata sunt omnia: que ex humida natura per species varias in terra formari videntur. Siue spirituale vitā ante questionis formā quasi fluitantē. Spiritus dei supferet: qd subiacebat bone voluntati creatoris: qd formandum et p̄ficiendū inchoauerat. Dicitū est etiā: Spiritus dñi. f. s. a. Ne faciendo opera poti⁹ per necessitatē indigentis: qd p̄ abundantia bñficētē te amare putaret. cōmode em̄ prius insinuat aliquid inchoatum: cuius supereretur: nō loco: sed omnia superante potentia.

**E**t spūs. d. f. s. a. Hie. In heb̄go habet merephet: i. incubabat vel fonebat: more volucris ona calore animantis. Intelligimus ergo non de spiritu mundi dici: vt putant multi: sed de spiritu sancto: qui et ipse est omnis viuificator. Si aut viuificator: et conditor: si conditor: et deus. Emette em̄ (ait) spiritum tuum et creabuntur.

**E**t spiritus. In quo subsistentes reūceremus: flatti eius viuificati vnde baptisi abluti.

**E**t spiritus. d. f. s. a. Sicut deus: s. et p̄itor: herat fluitanti et p̄fuse materiei: vt distinguere qd vellet. Tota ergo trinitas hic opata intelligitur: deus: pater scilicet. Principiū: filius. Spiritus tei: spiritus sanctus.

**E**t spūs. Isi. Officiale. Corda: s. fluctuātia: qd metis quietē amiserat: qd illi spūs nō initebat: s. supferet: qd potes nās: et p̄fusioē i meli: reuocare. Deinde p̄ totū huī scripture textū sex qdā opolas etates videm⁹: liet quasi p̄ximis limitib⁹ distinctas: vt in septima quies speret: et eas bñe similitudinē sex diez: quib⁹ ea fca sunt: qd tēū fccisse scripture memorat. Primordiū em̄ generis humani quo ista luce frui cepit: compat̄ primo diei quo luce tei fecit. Hec etas tanq; infatia est toti sc̄li: qd tanq; vñ boīz: p̄ portione magnitudinis suę cogitamus. homo em̄ ci primo nascie in luce: infatia agit primā etatē: qd tendit ab adā vñq; ad noe generatōib⁹ deē. diluvii qdī vñq; huī diei ē: qd infatia nrā obliuīos diluvio telef.

**D**ixit Alc. p̄fecit: posuit: vt celentatē vñ facilitatē opis tei ostēderet.

**D**ixit. d. f. l. Lux primo die facta: spiritualis vel corporalis intelligit. Si spiritualis: nō illa patri coetera: per quā facta sunt omnia. Sed te qua dicit: prior omnū creatā est sapientia: i. intellectualis et angelica vita. qd informiter fluctuat: nisi ad creatorē conuersa: que potest esse prima creature: et celum dicta: cū dicit. In principio c. d. c. et t. Sed ad creatorem conuersa: cui dicit. Fiat lux: Et facta est lux. In qua luce spirituali forte

# Genesis.

C. I.

divisio lucis a tenebris. distinctio rei intelligitur iam formata ab informi. Appellatio diei et noctis. significatio distributiois. qua significat nihil deum inordinatum relinquere. nec perfectus creaturaz sine supplemento vniuersi decoris esse. Vespera in triduo ante eis fuerint luminaria; consummati opis terminus. Mane futuri inchoatio. Si autem primo die corporalis lux facta est: congrue mundi ornatius a luce inchoata; unde cetera que creanda erant videbant. Si autem queritur: ubi est facta. cum abyssus omnem terrae altitudinem tegeter: partemque in illis partibus quas nunc illustrat solis diurna lux. Nec mirum lucem in aqua posse lucere. cum etiam nautarum operatione sepius illustrantur. qui in profundo mersi misso ex ore oleo aquas sibi illustrant. quod tunc multo raroeris quod sint modo. fuere in principio: quia nondum congregatus in uno loco.

**E**t vidit deus lucem quod esset bona. Et sicut filios lucis. tunc formatam. sicut quae operentur homines. sicut similitatem. peccatores. sicut quibus quiscerent. tenebras a tenebro dictas: tenent enim oculos.

**E**t divisit lucem ac tenebras: appellauitque lucem die. et tenebras no-

**D**ixitque deus. f. Aug. historice non temporaliter. Si enim temporaliter. et mutabiliter. Si mutabiliter. et per subiectam creaturam. Si per subiectam creaturam: non est lux prima creatura. Sed postquam quia iam dictum erat. In principio fecit deus celum et poterat per celestem creaturam vox ista temporaliter fieri: fiat lux. Quod si ita. ista corporalis lux facta est per subiectam creaturam quam ante fecerat: dicente domino: fiat lux. Quomodo per spirituualis creature occultum motum dici potuit divinitus. Non enim corporaliter sonuit vox dei: sicut illa. Tu es filius mens. Et quia enim lingua sonaretur: cum linguis diversitas nondum esset: nec lingua erat una et sola que loqueretur: nec erat quod oportet audire et intelligere. Bene ergo accipitur vox dei verbi: quod in sono vocis intelligit. Ad naturam enim verbi: quod omnia facta sunt. Huius pertinere dicitur. Eternus ergo est: quod dicit deus: Fiat lux. quia verbum dei patri coeternum. cum enim audiimus: et dixit deus: fiat: intelligimus in verbo esse ut fieret. Cum vero addit: et factum est ita: intelligimus factam creaturam non excessissimam in verbo terminos generis sui. Cum vero dicitur: vidit deus quod esset bonus. intelligimus in benignitate spiritus eius non quasi cognitum postquam factum est placuisse: sed in eadem bonitate placuisse ut factum maneret: in qua placuit ut fieret. Ideo enim diligit deus creaturam suam: ut sit: et ut maneat.

**F**iat lux. Aug. Historice. ea conditione: quia cuncta subsistunt in temporaliter in dei sapientia: priusquam in se ipsis. Et facta est lux: et angelica et celestis substantia: in se temporaliter: sicut erat in sapientia: quantum ad eius incomutabilitate eternaliter. Vel notat huius creature informitas: et imperfectio: antequam formaretur in amore conditoris. Formata enim: cum conuerterit ad incomutabile lumen verbi.

**F**iat lux. Aug. Si corporalis lux facta est: que nam illa est: quam cum sol occidens: videre non possumus: quia nec luna erat: nec erant stelle. Sed postquam in ea parte celi est: in qua sol: non solis lux: sed sic ei iuncta: ut discerni non possit. vel forte in ea parte lucem deus fecerat: in qua hominem facturus erat: ut cum ab illa parte lux discressisset: respera diceret. Sed quare factus est sol in potestatem dici: si lux illa faciendo dei sufficiebat: Sed forte lux prior: superiores tantum partes illustrabat: et ad illuminationem inferiorum sol leni fieri oportebat. Potest quoque dici autem esse fulgor: dici sole addito. Emissione vero contractionem illius lucis: si noctem et diem intelligimus: que causa redder. Nondum enim erant animalia: quibus haec visibiludo exhiberetur.

**E**t vidit deus lucem. Et Aug. Non quod incognita lucem laudauit: sed iam factam dignam laude declarauit. Sed quia non totas mundi tenebras lucem expulit: recte subdit: et divisit. et accepit: et divisit enim non solum qualitatibus: sed et locorum distantia: diffundendo lucem in superiori parte: inferiori in tenebris remanente. Appellanunt lucem diem. Nulla lingua hec appellatio facta est: quia apud deum purus intellectus est sine strepitu lingue. Sed appellavit: et appellari fecit: quod sic distinctit: ut discerni possent et nominari.

**E**t divisit. l. Et Aug. Hoc factum est ex quo lux facta est. Sed non potuit ab homine simul dici: sicut a deo fieri. Discretio autem lucis a tenebris. distinctio est inter perfectum cuiusque rei statum: et quem habet ex se defectum.

Deinde quippe in specie rei conditum intelligimus: noctem vero in eius rei pruatione vel defectu: qui rebus temporaliter conditis est: se inest: etiam si desit effectus. Vespera in omnibus perfecte conditionis terminus est. Mane exordium incipientis. Omnis enim creatura certis initiis et terminis continetur.

Nondum enim erant solares dies: ut ortus solis dies: occasus respera di-

ceretur: quod quarta die factum est: cum luminaria primum in firmamento ordinata sunt.

**S**trabus. Lucem et tenebras fecit deus. Unde benedicite lux et tenebre domino: cum ois creatura ad benedicendum invitatur.

**M**oraliter. Habet quisque in operibus et recta vita distinctos secundus post quos requiem speret. Primo die lucem fidei: quoniam primo invisibili bus credit: propter quam fidem dominus apparere dignatus est.

**F**actum est uero spere Aug. Occidete luce paulatim: et post spacium diu in longitudinis inferiores partes subeunte factum est respera. Sit autem nunc visum circumscriptum libe raliter. Intransgressibilis terminus. Huiusque superior pars in modum crystallini lapidis coagulata est: inferior in matrice redacta. Vaporaliter suspensum et per terram labentum.

**F**iat firmamentum in medio aquarum.

Notandum vero quod non in illo triduo omnino tenebrosa fuit: que post crea ta sidera aliqua luce claruit. decebat etiam ut dies a luce inciperent: et in mane sequentis diei tenderent: ut opera dei a luce inchoata: et in lucem copula esse significarentur.

**F**actum est respera. Et Greg. Nequaquam in hac vita per exercitaciones iniuste peccatum delerit: ut in ipsa inexcusabile maneat: quia si culpam retributo eliminat: cogitationis nostrae foribus assidet: ut sibi aperiatur pulsat. Unde ait moyses: Facta est lux: et paulo post: factum est respera. Creator enim humanae culpae precessus: tunc expressus in tempore: quod nunc versatur in mente. Lumen namque rectitudinis sequitur umbra tentationis. Sed quia electorum lux tentatione non extinguitur: non nocte: sed respera facta memoratur: quia tentatio lumen iniustie abscondit: non intermitit.

**A**ugustinus. Notandum quod ceterae creature: que infra lucem sunt spiritualia: sine eius cognitione non sunt. Idem dies ubique repetitur: ut eius repetitione tot fiant dies: quotiens distinguuntur genera rerum creatarum perfectione senari terminanda. Ita: s. ut respera primi dies sit sui cognitio: non se scilicet esse. quod deus est. Mane autem post hanc resperam: quo clauditur primus dies: et inchoatur secundus: conuersio eius: ut quod creata est: ad laudem referat creatoris: et cognitionem creature percipiat de verbo dei: que post ipsum fit: et firmamenti: quod prius per verbum in eius cognitione fit: post in natura ipsius firmamenti. Deinde fit respera huius lucis: cum firmamentum non iam in verbo dei sicut ante: sed in firmamenti natura cognoscitur: que cognitione: quod minor est: respera vocat. Post fit mane: quo clauditur secundus et incipit tertius. In quo similiter mane conuersio lucis est: et huius dici ad laudandum deum qui fecit firmamentum: et ad percipiendum de verbo eius cognitionem creature post firmamentum faciente: et sic usque ad mane post resperam sexte dici. Multum enim interest inter cognitionem rei in verbo dei: et cognitionem eius in natura: ut illud: s. ad diem pertinet: hoc ad resperam.

**F**iat firmamentum. Et Greg. Angelicas virtutes: que in dei amore persistunt: hoc in retributione accepent: ut in contemplatione conditoris permanenti felicitate maneat: et in hoc quod conditum sunt eternaliiter subsistent. Unde apud moysen: celum factum dicitur: et idem postea firmamentum vocatur: quia angelica natura prius subtilis est in superioribus conditum: et post ne unquam cadere possit mirabiliter confirmata.

**F**iat firmamentum. Et Aug. Queritur virum illud celum: nunc fiat quod excedit aeris spacia: an ipse aer vocet firmamentum. Asserunt enim aquas super celum sydereum esse non posse: cum earum pondus exigit hoc: ut supra terram fluant: vel ferantur vaporaliter in aere. Nec quisque dicat fieri hoc omni potentia dei. Quomodo enim deus naturas rerum fecerit queritur: non quod ex eis ad miraculam potentiam operetur. Qui vero negant aquas super celum esse posse: non tantum locis: sed et qualitatibus distinguunt elementa: pro quibus sortiantur propria loca: ut sit aqua super terram: aer super aquam: celum super aerem. Unde colligitur: quod si aer super celum maneret: pondere suo caderet: sic aquam super celum esse non posse. Unde quidam conantur demonstare aquas esse super celos: aerem hic celum et firmamentum accipientes: propter hoc tantum: quia internalum eius dividit inter quosdam vapores aquarum: et aquas que sunt in terris.

**F**iat firmamentum. Et Aug. Historice. Notandum quod firmamentum non propter stationem: sed propter firmitatem et intrangressibile terminum super et inferius aquarum appellatum est. Quia celum intelligamus aereum: sive



distincta est creatura herbarum atque lignorum a specie terrarum et aquarum. ut in elementis numerari non possint. quia tamen fixa radicibus terre necuntur; ad eundem diem volvunt pertinere.

**H**erminet. t. cc. Beda. Patet in his verbis. quia vero tempore mundus perfectus est et ornatus: in quo solent herbe virentes apparere. et li-

gna pomis onusta. Similiter notandum quod non prima herbarum gemina. vel

arborum genera. de semine prodierunt: sed te terra. quia ad unam inmissionem

proditoris apparuit ari-

da herbis compta: ne-

moriibusque vestita: quia

sui generis ex se posse

prodixerunt et semina.

Portebat enim ut for-

ma rerum dei imperio

primo perfecta prodi-

ret: quomodo homo

aperte que omnia: in-

ueniliestate plasmat?

est.

**A**ugustinus.

Sicutur etiam de spi-

nis et tribulis et quibus-

vam lignis in fructu-

osis: cur: vel quando

creata sunt: cum deus

dicerit: Herminet ter-

ra herbam. v. r. f. cc.

Sed fructus nomine

quedam veritas signa-

tur. Multe autem vi-

litates sunt manifeste-

vel occulte: omnium que terra radicibus alit. Possimus autem abso-

lute respondere: spinas et tribulos post peccatum terram domini ad labo-

rem peperisse. non quod alibi antea nascerentur: et post in agris quos homo cole-

ret: et prius et postea in eisdem locis: prius tam non domini: sed post. Unde

pariet tibi: et tibi nasci incipiatur ad laborem: que ad pastum tantummodo

alii animalibus ante nascebantur.

**F**acientem semen. Beda omnia creata sunt perfecta. et homo per-

fectus etate erat: et arbores cum foliis et fructu. Unde dicitur hic lignum pomiferum.

**E**t protulit. t. cc. Greg. Quod testatur historia: sic est veraciter fa-

citum: ut significaret aliud faciendum. Terra enim est ecclesia: que verbi pabu-

lo nos reficit: et patrocinij umbraculo custodit. loquendo pascit: opitulan-

do protegit: et non solum herbam refectionis: pferat: sed etiam arborum: pectonis

**L**ignum. cc. Greg. Lignum secundum speciem suam: semen producit:

cum mens nostra ex sua consideratione quod in alterum faciat colligit: et recti

operis germen parit. Hinc quidam sapiens ait: Quod tibi non vis fieri: alii

non feceris. Et alibi: Quocunq; vultis ut faciant vobis homines: et vos

eadem illis facite. Quali speciem vestra alterut respicie: et ex vobismet

ipsis cognoscete: quid oporteat vos aliis exhibere.

**S**ementem. Strab. Et sementis frugum et arborum. Semen hominum

et animalium. Semini vel sementum cuiuscum rei exordium.

**M**oraliter. Tercio die: quo mentem suam ad serendos bonorum operum

fructus preparat homo: separata labe ac fluctu carnalium tentationum:

tangit aridam habet terram temptationibus separatis: ut dicere possit: Men-

te sernio legi dei cc.

**E**t factum est uespera et mane. Si. Misticus. Mane tertius diei

incipit ab abraham: et succedit tercias etas: similis adolescentie: et bene copa-

ratur diei tertio: quo ab aqua terra separata est. Ab omnibus enim gentibus

quam error instabilis: et vanis simulacrum doctrinis: tangit ventis omnibus

mobilis (quod maris nomine bene significatur) populus dei per abraham sepa-

ratus est. tangit terra cum apparuit arida: et sitiens imbibit dominorum manda-

torum: qui vitrum deum colendo: tangit irrigata terra ut fructus afferat: san-

ctas scripturas acceptis et prophetias. Hec etas iam potuit generare populus

dei. et tercias etas: adolescentia: filios habere iam potest. Unde abraham

dicitum est: Datrem multas gentium posui te cc. Hec etas porrigitur ab

abraham: usque ad dauid: generationibus quatuordecim. Vespere in pecca-

tis populi: quibus divina mandata preteribant usque ad saulim maliciam.

**B**eda. Die tercia congregauit aquas inferiores et salsas: infideles: s-

concupiscentias et tentationum fluctibus sele quatiennes: et segregauit ab

eis aridam: et fideles: fontem fidei sitientes. Infideles vero coercuit: ne iniq-

tatis sui fluctibus aridam: et animam sitiensem teum conturcent: sed licet ei

germinare fructus bonorum operum: et diligere proximum: ut habeat in se semen

secundum similitudinem suam: ut scilicet ex sua infirmitate compatiatur alii

indigenti: et producat lignum forte fructiferum: et beneficium: eripiendo oppre-

sum: et pretendendo ei protectionis umbraculum.

**F**iant luminaria. cc. Aug. Quia visibili mundo duo dies sunt attributi: suppreme: s. et infime: parti mundi. Visibilibus et mobilibus mun-

di partibus: que intra mundum creantur: tres reliqui reputati sunt. Et quod

celum prius factum: prius erat ornandum: quarto sunt sidera: quibus illustre-

tur inferior pars: ne esset habitantibus tenebrosa. Infinitati quoque hor-

um prouisus est: ut circum eunte sole.

dies noctisq; vicissitu-

dine: propter riglandi

et dormiendi vicissitu-

dine: poterintur. Et

ne nocte id est: rena-

neret: sed luna et sidere-

ribus consolarentur

homines: quibus opandi

nocturna necessitas i-

cumberet: et quodam

animalia sunt quelu-

cem ferre non possunt

Et autem dictum est

et sunt insignia cc. ita

dictum videtur: quasi

quarto die cepissent

tempora: cum prius

triduum sine tempore

non fuerit. Nam si ali-

quis motus corporalis

vel spiritualis condi-

tionem luminarum h-

cessit: ut aliquid a futura expectatione per presens in praeteritum transierit:

sine tempore esse non potuit. Ideo tempora que sunt per sidera: non spa-

cia moriarum: sed vicissitudinem affectionum celi debemus accipere: quia

dies et anni: quos visitate nonnumus: motibus tantum siderum sunt. Vel

forte circa speciem factae rei dies est appellatis: et circa priuationem noctis: ut

materia nondum per speciem formata sit noctis dicta: unde formanda erat

ecce. Vel potius in ipsa re facta atque formata: mutabilitas: id est: defi-

cendi possibilis noctis dicitur. Possunt enim res mutari: etiam si non

mutentur. Vespere autem et mane intelligentur: non per temporis praeteri-

tionem: et aduentum: sed per terminum: quo intelligitur usquequo sit natu-

re modus: et unde exordium. Quimodo quod dicit sunt in ligna et tempora: non su-

gna dicit: que observare sit vanitas: sed utilitas: que si nautae obseruantur

vel quilibet homines: ad praevidendas aeris qualitates. De sole quippe cer-

tim est: et circunuum compleat trecentis: lxv diebus et quadrante: qui est

annus solaris. Hic reliqui planetae: annos suos complementi bimodis et pro-

lixioribus. Est etiam sol ad distinctionem temporum: quia ab equinoctiali cir-

culo vernali ad solsticium estivum ascendens: et inde ad equinoctium autu-

nale transiens: atque inde ad solsticium brumale perueniens: tandemque ad

equinoctium vernale rediens: quattuor anni tempora determinat. Luna

post equinoctium vernale vespere plena procedens: paschalem terminum

facit: que regula usque hodie viget. De qua cum queratur utrum plena an

prima facta fuerit: respondentium est: deinde quotannis facta perfecta feci-

ta: quia (ut aiunt) non decebat deum illa die aliquid imperfectum facere.

Alii dicunt: debuit luna prima fieri non quartadecima: quod nemo sic incipit

numerare. Si tamen aliquid imperfectum fecisse deum dicatur: reprehensi-

bile non est. Quod enim ab illo inchoatum est: ab ipso non ab alio perfectum

est. Creditur etiam ideo plena facta: quod verba sic habent: lxix. Lunam factam

inchoatione noctis: quod fit: cum plena est.

**F**iant: l. cc. Beda. ea scilicet divisione: ut sol diem: luna noctem il-

luminet: hoc enim factis sideribus ad augmentum primaria lucis accessit:

ut etiam nocte prodiret luminosa: lumen vel stellarum splendore radiata: que

bacterius tantum tenebras nonerat. Esi enim nocte tenebrosa videtur: et

scurato aere qui terris proximus est: superiora tamen aeris spacia semper

siderum fulgore sunt lucida.

**A**ugustinus. Solet queri: vitrum hec luminaria corpora sola sint:

aut habeant rectores spiritus: et ab eis vitaliter insipient: sicut per animas

animalium carnes animantur. Sed de tua obscura re nichil temere credimus.

**E**t sunt in signa cc. Beda. Quia priusque sidera fuerint: ordo temporum

nullis notabatur indicis: vel meridiana hora: vel quilibet alia. Sunt ergo

luminaria in signa cc. non quod a 2ditione horum temporum ceperint: vel dies

vel anni: sed quod per eorum vel transitus: temporum diez annorumque signa: ordo

**V**it luceant cc. Beda. Semper luminaria in firmamento lucent: sed



# Genesis.

C. I.

Inferiorum in vnda labili; Superiorum in aura flabili. Illū natantibus  
bunc volantibꝫ. Ex hoc elemento duo sensus animalibꝫ dant. Olfactus  
vaporibꝫ. Huius explorandis liquoribꝫ. Quem tactu aquas ventosqꝫ sen-  
timus. hinc eit; qꝫ solidā terra omnibꝫ elementis miscet, sed in his crassiori-  
bus sentitur amplius.

**G** Sub firmamento zc. Et si immenso interiacente spacio. volat tñ  
aues sub sidereo celo; que super terram volant, sicut homines qui in terra  
sunt, sub celo esse dicuntur. Alio trāslato

**S**ecus firmamentū  
celi; quia vicina sunt  
eterni spacia huius ae-  
riae, qꝫ aues subuenit.

**A**ugustinus.

Notandum quodam  
philosophos ita sua  
cuilibet elemento di-  
stribuisse animalia. vt  
terrena dicentes non

tñ que in terra re-  
putant aut gradientes, etiaꝫ  
aues, que in terra re-  
quiescent. Aeria ani-  
malia temones esse.

Celestia deos; quoꝫ  
nos partē luminaria  
partem angelos dici-  
mus. Idem tñ aqꝫ

pisces, et generis sui  
bestias distribuit; vt  
animalibꝫ suis nullū  
varet elementum.

**A**ugustinus.

Demones aere dicuntur animalia; quoniā corporū

aerōꝫ natura vigent. Nec p morte dissoluuntur; qꝫ qualet in eis elemen-

tum aptius ad faciendū; qꝫ ad patiendū. Ad patiendū em̄ humor et hum?

ad faciendū aer et ignis.

Transgressores vero angeli cū principe suo nunc

dyabolo tūc archangelo si fuerūt ante transgressionē suā in puriore aeris

parte. Quidā em̄ nostri nō putant eos celestes; vel supercelestes angelos

fuisse. nō mir. si post peccatum in hanc caliginem tētrū sunt; vbi tamē aer

est. Si saltem ante peccatum celestia opa gerebant).

Neꝫ hoc mir est. si cō-

uersi sunt ex pena in aereā qualitate; vt possint ab igne. i. elemento supio-

ris nature pati. Caliginosa tñ aeris loca tenere tñ pmissi sunt; qui eis qua-

si carcer sit vscqꝫ ad tempus iudicij.

**E**t omne. q. u. Ad differentiam hominis qui faciendū ad imaginē

dei. eti pcepta seruaret; perpetua immutabilitate maneret. Cetera vero ani-

malia sū facta sunt; vt alia alijs in alimonīa cederent; vel senio deficerent.

**C**rescite et. m. Ad virūqꝫ genus animantium te aquis factor. i. pisces et

aues p̄tinet. qꝫ sicut oēs pisces nō nisi aqua viuire possint; ita plurime aues

que sū in terris aliquā requiescent; scilicet faciunt nō tñ de terra; sed de mari

vniūt; et libentius mari qꝫ terra vniūt.

Qd vero subiungit; auesqꝫ multipli-

centur sup terrā. Ad virūqꝫ genus auiū: que sū de aquis; vel de terra vniūt

respicit. qꝫ etiā aues que sine aquis nō vniūt; que etiā in p̄fundo sepe sicut

pisces latēt; nō nūnqꝫ sup terrā egredi solēt; matēc cū fēc faciunt et nutrūt

**M**istice. Die quinta facta sunt in aquis reptilia animaz viuaz. i.

homines in vitam renouati per sacramentum baptismi facta sunt volati-

lia. i. anime volantes ad superna.

**M**oraliter. Incipit pœcta mens quinto die in actionibꝫ turbulēti

seculi. tanqꝫ in aquis manis opari. ppter vtilitatem fraternitatis. et de

corporalibꝫ agitacionibꝫ. qꝫ ad mare. i. ad hanc vitam pertinet; pducere ani-

mari viuaz reptilia. i. opa q̄te p̄lunt animis viuis. et cetos magnos. id ē

fortissimas agitaciones. quibꝫ scilicet seculi dirumpunt et contemnunt. et vo-

latilia celi. i. voices celestia p̄dicantes.

**E**t factū est. u. et. m. Isid. Mistice. Mane transmigratio in babi-

lonia: cū ea captiuitate p̄plus leuiter in peregrino ocio est collocatus. et por-

rigitur hec etas. vscqꝫ ad aduentū xp̄i. id est quinta tecclinatio. sū de iunen-

tute vscqꝫ ad senectutē. nondū senect. nec iā iunent. sed senioris etas; quā

greci p̄b̄itē vocant. Nam senior apud eos nō p̄b̄itē sed geron dicit.

Et reuera sic ista etas a regni robore est inclinata et fracta in populo iudeo-

rum: ut homo a iuuentute senior fit. Que bene comparat dei quinto: quo

sunt animalia in aquis. et volatilia celi. postquam inter gentes tanqꝫ

in mari viuere coperunt: sedem incertam et instabilem habentes. sicut aues

volantes. Abi ceti. i. homines magni. qui magis dñari fluctibꝫ seculi: qꝫ in

captiuitate seruire potuerūt, nullo em̄ terrore ad ydolatriā tēpauati sunt

Vbi aduertendū qꝫ benedixit de aialia dices. Cresci et mul. qꝫ gens iude-  
orum. p gentes dispta. valde multiplicata est. Huius diei. i. huī etatis q̄li  
vespera est multiplicatio peccatorū in populo iudeo p. qꝫ sic excecati sunt: ut  
nec possent christum cognoscere.

**P**roducat t. xc. Post celū repletum sideribꝫ et aērem volatilibꝫ.  
qui ppter viciniā celū nominat. post impletas animalibꝫ suis aquas; que

aci vicine sunt. psequens erat terrā aialibꝫ suis impleri. Ipa em̄ cognatōez  
habet cū aqꝫ: sine qꝫ

lucu et irrigatōne nec  
fructificare potest: nec  
subsisteret. Juxta er-

go de terrā pducere  
iumenta et reptilia. et  
b. t. In bestiis. qdqd  
ore leuit vel vnguibꝫ  
pter serpentes comp̄-  
bendit. In reptiliis  
bus etiam serpentes.

Nomie iumentoz. q  
in vsl boz sūt aialia  
designant. Cōditōz  
vero ceteroz qdrupe-  
dū: vi ceroz et huī  
modi. p indomita fer-  
ritate int̄ bestias nu-  
meram. Juxta anti-

quā translatoez qua-  
scriptū est. quadrupē-  
dia et reptilia et besti-  
as terre secundum species suas.

I. Veda. ne homo vacuā domū intraret.

**F**actumqꝫ est ita. Et fecit deus

as et reptilia: sive domita: sive fera et agrestia.

**P**roducat. t. Aug. Historice. Cōsequens erat ut terrā iam ornaret  
suis animalibꝫ. Ter dicendo iuxta genus suū: tria genera significat. Pri-  
mo iuxta genus suū: quā adimpedita et reptilia. Vbi potest intelligi: qꝫ qua-  
drupedia dixerit: s. que sunt in genere reptiliū. vi lacerti et bīndi. Vbi in re-  
petitione quadrupēdiū nomina nō iterauit: qꝫ reptiliū vocabulo ea intelle-  
xit. Ideo non simpliciter dixit reptilia: sed omnia reptilia terre. Sunt em̄ et  
aqua. Ideo omnia: vt comprehendet ea qꝫ quattro: pedibꝫ gradientur  
Bestias te quibꝫ item ait iuxta genus suū: intellectu quidqd ore leuit aut  
vnguibꝫ: ppter serpentes. Pecora vero te quibꝫ tertio dixit iuxta genus  
suū: que neutrō ledunt: vel cornibꝫ. Qlate pateat quadrupēdium nomen:  
numero pedū potest facile dīosci. Et nomine pecorū et bestiarū omne irati-  
onale animal solēt comprehendēti.

**I**n genere suo. Aug. Nec forsitan secundū genus dicunt: qꝫ ita orta  
vt ex eis nascant alia. et originis formā successione pseruent. De hoīe autē  
b. dictū nō ē: qꝫ virū siebat: de qꝫ feminā ſea. nō em̄ multa genera hoīm ſea  
ſunt: ſic herbarū et lignoz: vt dicat secundū gen̄ suū. ac si dicere generatiz  
ut inter se ſimilia atqꝫ in vna origine ſem̄ p̄tinētia distinguere a ceteris.

Aug. De quibusdā minutis aialibꝫ quæſtio est. vñqꝫ in primis p̄ditōibꝫ  
creata sunt: an ex rebz pdictis? Pleraque em̄ de humidoꝫ corporoz vicijs vñ  
exalationibꝫ vel cadaveribꝫ gignunt. Quedā etiā de corruptōe lignoz et  
herbarū et fructuū. et deus auctor: omnī est. Potest autē dici minurissima  
que ex aquis et ex terra nascunt: tūc ēſſe creata: in quibꝫ et illa intelliguntur  
que nascunt ex eis qꝫ terra germinante orta sunt. Que vero de corporibꝫ  
animaliū maxime mortuoꝫ absurdū est dicere cū aialibꝫ ipſa creata ēſſe;  
nisi qꝫ potentisliter in ipsis et materialiter erant preseminata.

Aug. De venenosis et p̄niciosis querit: vñqꝫ post peccatum hoīs ad vindictā  
creata ſunt: an potiſ ſeata innoxia peccatoribꝫ nocere ceperūt. Po-

tuerunt ergo creata nil nocere: ſi cauſa nō fuisset: vel terrendoꝫ punitendo  
rūqꝫ vicioꝫ: vel pbande et pſciende virtutis. qꝫ et exempla virtutis et pati-

entia alijs danda. et homo tentatus certi ſibi innotescit: et iure ſalū illa tur-

piter p voluntate amissa: p dolorē fortis est recuperanda. Bestiis tñ bestiis  
nocēt: que peccatum nō habent: vt nec vindicta dicat: nec tali exercitio reci-

piant virtutē. Et alie ſunt ciby aliarū: nec ideo recte non effici quibꝫ alie  
reſcuntur. Habent em̄ omnia qđiu ſunt mensuras numeros ordinēs  
ſuos: que cuncta merito considerata laudantur.

Aug. Illud etiā mouet: Si aialia noxia viuos ledūt penaliter: exercent  
ſalubrit̄: aut ignoranter docent: cur in eis mortuos lacerat. Quasi quicqꝫ

intersit: caro tā examinis p quos iā tranſit̄ ear: qꝫ mirabilē potētia est refor-

ma. Quis et hinc doceat: ppter inanes curas examinatorum corporoz  
ſuorum nulla genera mortuum efforrenda.

# Genesis.

**A**Aug. Sic quis & hinc fiat quedam prudentib⁹ admonitio. ut ita se comendent creatori omnia maxima & minima occulto nutu administrati. cui etiā nostri capilli numerati sunt: ne ppter manus curas examinatiorum suorum corporum vlla genera mortis perhorrescant. sed p̄q fortitudinis numeros ad omnia preparare non dubitet.

**A**Aug. Queritur quare hic non sit additum. qd dictum est de animalibus aquarum. Benedixitz ei deus dices. Crescite & m̄. Et forte qd te prima creatura animale viventis dictum erat: de secunda subintelligendū reliquit maxime quia in huius dicto openbo alia plura dicturus. Herbas autem atque ligna quia non habent generandi affectum: huius tenectionis forsitan in dignitate indicavit. Qd necessario repetitū est in hoc: ne quis putet in officio gignendi filios esse peccatum: sicut in fornicatione sine coniugio.

**B**estias terre &c  
Beda. Ordinis mutationis nichil curandum in nostra loquela. qd prius in creaturarum ordine nominemus: cum deus creauerit omnia simul.

**M**ist. Bed. M. Sexta die producit terra animam viuam: quādo caro nostra ab operibus mortuis abstinentis viua virtutum germina parit: secundum genus suum id est: vitam imitando sanctorum. Unde. Imitatores mei estote &c. Secundum genus nostrum viuimus: quando sanctos quasi proximos imitamur. Producit terra bestias: id est: homines ferocitate superbientes & pecora & simpliciter viventes. & serpentes astutos. & et bonum a malo discernentes & quasi reptando scrutantes terrena per quae intelligent celestia.

**F**aciamus hominem ad &c Aug. Insinuatur pluralitas personarum p. & f. & l. & statim unitas trinitatis cum dicitur. & fecit deus hominem ad imaginem dei. nō pater ad imaginem tantum filii: non enim vere dicetur ad imaginem nostram. Sed ita dictum est. Fecit deus hominem ad imaginem dei: ac si diceretur ad imaginem suam. Cum autem dicitur ad imaginem dei: cum superioris dictum sit ad imaginem nostram: significatur: qd non s̄ agit pluralitas personarum: vt plures deos credamus: sed & patrem & filium & spiritu sanctum unum deum accipiamus.

**B**eda. Faciamus hominem ad &c Aparet quare dictum sit vt cetera fierent: iuxta genus suu⁹ & species suas. erat enī homo creandus: qui nō solum generi suo & speciei congrueret: sed ad imaginem creatorum fieret. cuius dignitatis magnitudo ostenditur: cum quasi consilio creaturarum. nec simpliciter dicitur sicut de ceteris: fiat homo: sed faciam⁹. b. a. i. & s. n. In quo unitas trinitatis ostenditur & commendatur. Trinitas enim in p̄fecto cedentibus insinuatur: cum dicitur: deus fiat & fecit deus & videt deus qd esset bonus: sed manifestius cum dicitur. Faciamus hominem ad i. & s. n. Dum enim qui doceretur non erat: occulta fuit predicatione trinitatis. Vbi creari cepit homo: fides & dogma veritatis emicuit. In eo enī qd dicitur faciamus: una operatio trium personarum ostenditur. In hoc vero ad imaginem & similitudinem nostrā: una & equalis substantia trinitatis. Angelis enim a deo non dicitur. Faciamus b. a. i. & s. n. Dei enī & angelorum non est una & eadem: imago vel similitudo. Nō autem secundum corpus: sed secundū intellectū mentis ad imaginē dei creatus est homo: quanq̄ in corpore quandā proprietatem habeat qd hoc indicet: quia est erecta statuta secundū quā corp⁹ anime rationali p̄gruit: qz in celū erectū est.

**Q**uerit quomodo immortalis factus sit homo p̄z alijs animantibus & cum illis cōmune acceperit alimoniam: Sed alia est immortalitas carnis quā in adū accepimus: alia quā in resurrectione p̄ xp̄m speramus. Ille factus est homo immortalis: vt non posset mori: si non peccaret. Moiceretur autem si peccaret. Filii vero resurrectionis equalis angelis: nec poterunt ultra peccare: nec mori. Caro ergo nostra post resurrectionem non eget ciborum refectione: qd nec fame: nec lassitudine: nec alia infirmitate adest defecatio: vel poterit corrumphi. Caro ade ante peccatum ita immortalis creata est: vt per alimoniam adiuta esset mortis & doloris expersa: donec corporibus incrementis productus ad statem que conditor: i placet: multiplicata progenie iplo iubente sume: et etiā de ligno vite: quo perfecta immortalis

C.

I.

factus: cibi vltius adiumenta non requireret. Sic ergo immortalis & in corruptibilis condita est caro hominū: vt suam immortalitatem & incorruptionem per custodiam mandatorum dei custodirent. In quib⁹ & hoc erat: vt de illis lignis coēssis manducaret: ab hoc interdicto abstineret. Per hoc eduliu⁹ immortalitatis dona conservarent: illius tactu mortem inuenient. Sic vero incorruptibilis & immortalis erit in fine caro nostra: vt sicut angelii: in eodem statu semper maneat: & corporalibus cibis (qui ibi non erunt) gere nō possit.

Nā qd angelii cū pa-

triarchis māducaue-

runt: non indigentia

sed benignitate factū

est: vt hoībus fami-

liarū congruerent.

Christus quoq̄ post

resurrectionem man-

ducant: non vt cibo

indigeret: sed vt ve-

ram post mortem se

carnem recepisse mō-

straret.

**E**t presit. Aug.

Notandum etiā quia

cū dixisset ad imagi-

nem nostram: conti-

nuo subiunxit: & pre-

sit piscib⁹ maris & v-

c. Ut scilicet intelligamus in hoc factum hominem ad imaginē dei: in quo irrationalibus antecellit. Id est aut ratio vel mens rei: intelligēria vel si alio nomine cōmodius vocetur: in quo scilicet contemplande veritati inharet.

**E**t creauit d. b. Qui non quenlibet sanctorum imitando: sed ipsā veritatem intendo operatur iusticiam: vt ipsam veritatem intelligat & se quatur. b accipit potestatem super omnia: quia spiritualis quisq̄ effectus & deo similis omnia indicat: & ipse a nemini indicatur.

**E**t creauit &c Aug. Notandum qd sicut in creanda luce dicitur: fiat lux. & statim sequitur: & facta est lux. sic cum dicitur faciamus hominem: interfur: & fecit deus hominem ad ymaginē dei. quia ista natura intellectu⁹ est: sicut illa lux. et hoc est ei fieri: qd agnoscere verbum per qd fit. Si enim diceretur: & factum est ita: & adderetur: & fecit deus: quasi prius intellegetur factum in cognitione rationalis creature: & tandem in creatura qd rationalis non esset. Quomodo autem homo immortalis factus sit: & alimoniam vel escam: cum alijs animalibus acceperit: herbam afferentem semem. &c difficile est dicere. Si enim mortalis peccato effectus est ante non indigebat his cibis: quia non posset fame corrumpi. Qd enim dicitur est. Crelecte & multiplicamini & r. t. qd nisi per concubitum posse fieri non videatur. Unde hinc quoq̄ mortalium corporum extitit indicium: potuit tandem alijs modis esse in corporib⁹ immortalib⁹: vt charitatis affectu: nula corruptionis concupiscentia filij nascerentur: nec mortuis parentib⁹ successuri: nec ipsi morituri: donec terra hominib⁹ implerentur: & si in studio sancto populo: qualē post resurrectionē futurū credimus: nascendi etiā modulus fieret. Quidam suspicuntur sunt nūc interiorē hominē factū: corpus autē cū ait: & finxit deus hominem de limo terrae: nec attendunt masculū & feminā secundū corpus tm̄ fieri posuisse. Ne putaretur enī solū spiritū esse fēminā: qd secundū enī solū ad imaginē dei sit factus: addit. Masculū & f. c. e. vt corpus factū intelligatur. Rursus ne in uno homine vtrq; sexus deputaret: sicut quos androgenos vocat: pluraliter subiectū fecit eos: qd nūlī nōdūlū esset a viro dimisa: sed materialiter p̄seminata.

**M**asculū & f. & c. Aug. Postea plenus & vnde & quomodo homines facti sunt: exponit. Sed nūc breviter creati referuntur: vt sexti diei operatio & septimi dedicatio cū ceteris explicetur. Masculū vnum & f. minam vnam in principio creauit deus: non vt cetera animantia: que in singulis generationibus creauit deus plura: vt humanum genus firmiori copula constringeret: cum se ex uno oītū meminisset. Unde cum subiungeret. Masculū & feminā creauit eos: noluit addere ad imaginē dei. qd unitate coniunctionis etiā in feminā intelligendum reliquit. Bene autem in hoc loco creati dicuntur: etiā modus creationis non explicatur: vt congrue inducatur diuina benedictio: qua dicitur. Crescite & multiplicamini. Multiplicatio enim hominum: coniunctione maris & feminē perficitur. Non igitur damnandē nuptiæ: quas ad propagationē superna benedictio instituit: etiā virginitas preferatur.

**M**istice. Bed. Ii. Post hę fecit deus hominem ad imaginem & similitudinem suā: virum. & perfectū: qui ipsam veritatem contemplando:

# Genesis.

C. II.

operatur iusticiam. hic accipit potestatem piscium maris. et volatilium celi pecorum ferarum. atq; repentium: quia spiritualis similitudine deo factus. omnia indicat: et ipse a nemine indicatur. **D**esculum et feminam. c. e. q; sicut viro mulier: sic spirituali et perfecto viro minus perfectus obediens debet. dicitur enim eis. Crescite et multiplicamini et r. t. In spiritualibus scilicet dominis. ut ratio dominetur carni: quasi insensato animanti: et perturbationibus eius. Per herbam seminalem et lignum fructuosum in escam hominibus datum: intelli-

gimus oblationes sanctorum. Unde paulus. Seminamus spiritualia vobis: ma-

gnim est si carnalia vestra metamus. **E**t dominamini p. m. Qd prius qsi p. s. u. l. e. n. d. o. d. i. c. e. r. a. t. d. e. e. i. s. n. u. n. c. d. i. c. i. t. i. m. p. e. r. a. n. s. v. t. h. a. b. e. a. n. t. s. l. e. c. t. s. d. o. m. i. n. i. u. s. o. m. n. i. u. c. r. e. a. t. u. r. a. u. z. i. n. i. f. e. r. i. o. r. e. p. a. r. t. e. m. u. n. d. i. q. d. p. e. r. s. u. g. u. l. a. e. x. e. q. u. i. t. u. r.

**E**t dominamini p. m. Beda. Queritur qua utilitate homo dominatum inter cetera animalia percepit: et ad quos usus que ne solacia sunt: et creata homini si non peccaret. Qd em ad escam. sed herbe tñ. et arborum fructus primo peccata sunt. Sed forte quia peccatum presebat deus hominem: et sic futurum mortale: que creauerat immortalem ea primordialiter instituit: quibus se iam mortalis posset tueri. habens scilicet ex his alimentum: et indumentum: et laboris adiumentum. Postq; autem conditoris subiectus esse noluit: iure domini um perdidit. In testimonio vero patrum creationis legimus aues viris sanctis seruisse: et rictus bestiarum: et serpentum venenum cessisse.

**E**cce dedi u. o. h. Bed. Patet q; ante peccatum hominis terra nichil novum protulit: non herbam venenatam: non arborem sterilem. Omnis enim herba et ligna data sunt hominibus: et volatilibus: et animalibus terre in escam. Unde patet q; tunc animalia animalium esu non vivent: sed coquuntur herbis et fructibus vescabantur.

**E**t factum est ita. Aug. Notandum q; ubi datur potestas homini herbas et fructus edendi: subinfertur: et factum est ita. in quo significatur: quia hoc dicente deo: hec sibi in elum concessa cognovit homo: non q; statim ederit. Si enim ad omnia supradicta referimus q; ait et factum est ita: consequens erit: ut dicamus eos iam multiplicatos sexta die: qd post multos factum est annos.

**V**iditq; deus. c. q. f. z. Aug. Queritur cu singillatiz cetera bona dicantur: cur homo ad imaginem dei factus cum ceteris hoc dicatur. Sed forte presebat deus eum peccatum: nec in perfectione imaginis mansuum. Qui enim singillatim bonus est: magis cu omnibus: sed non convertitur. Lautum est ergo ut diceretur qd in presenti verum esset: et priscientiam futuri significaret. Deus autem sic omnia ordinavit: ut si quis singillatim fuerit de iniquando deformia: semper tamē cum eis universitas sit formosa.

**E**t factum est v. et. m. Dif. Si. Mane sexti diei fit predicatione euangelii per christum. Finito vero quinto: incipit sextus: in quo veteris hominis appetere senectus. Hac enim etate velxemeter attritum est illud regnum: quando templum delectum est et sacrificia cessauerunt: et nūc gens illa quanti ad vires regni: quasi vitam extremam trahit. In hac tamen etate tanq; in veteris hominis senectute: nascitur nouus homo: qui spiritu aliter vivit. Sexto enim die dictum est: producat terra animam viventem z. quia in quinto die dictum erat. Producant aquae: non animam vivam: sed reptilia animalium vivarum. Quomodo enim corpora sunt reptilia: sic corporali circumcisioni et sacrificiis tanq; in mari gentium populus ille serviebat. Istam vero animam vivam dicit: quia vita iam incipit eterna desiderari. Serpentes vero et pecora: que terra producit: gentes significant euangelio stabiliter credituras: de quibus dicitur petro: Macta et māda: et cum illa immunda diceret: audiuit: Quis deus mundavit: tu immun-

da ne dixeris. Tunc fit homo ad imaginem et similitudinem dei: sic in sexta etate nascitur christus: de quo dicitur: et homo est: et quis cognoscit eum? Et sicut in illa die masculus et femina: sic in ista etate christus et ecclesia. In illa die preponitur homo pecoribus et serpentibus et volatilibus celi: et in hac etate christus regit animas sibi obtemperantes: que partim de gentibus: partim de iudeis venerunt: ut ab eo domit manuuercent. carnali scilicet concupiscentie teneantur: sicut pecora: vel tenebrosa curiositate ob-

tenebantur: quasi serpentes. vel subbia elati: quasi aues. In il-

la die pascitur homo et animalia que cu ipso sunt: herbis semi- nalibus lignis fructiferis: et viridibus herbis. In ista quoque etate homo spiritualis quicunque bonis minister est christi: et eis pro posse imitatur: cu ipso populo spiritualiter pascitur scripturæ alimentis et divine legis: partim ad concupiscentiam secundatatem rationum atque sermonum: tanq; herbis seminalibus: partim ad utilitatem morum et humanæ conuersationis: tanq; lignis fructiferis: partim ad vigorem fidei: spei: et charitatis in vitam eternam tanq; herbis viridibus: et virginitibus: que nullo estu tribulationi arebat. Et spiritualis sic pascit: ut multa intelligat. Carnalis autem parvus in Christo tanq; pecu de te ut credat: et si non intelligat: cosde tñ cibos omnes habent. Huius etatis vespere est te qua dominus ait: putas veniens filius hominis inueniet fidem super terram? Post illam vesperam fit mane: cu christus veniet in claritate: tunc requiescent cum christo ab omnibus operibus suis: quibus dicit: estote pfecti: sicut et pater vester celestis pfectus est. Mihi facit opera valde bona: post que requiescent in die septimo: qui vespere non haberet.

**M**oraliter. Sexto die producit terra animam vivam: et homo te stabilitate sue mentis: vbi habet fructus spirituales: et bonas cogitationes: oes motus animi sui regit: ut sit in illo anima viva: et ratione et iusticie seruies non terrenitatis et peccato. Ita fit homo ad imaginem et similitudinem dei masculus et femina: et intellectus et actio: quorum copulatione spiritualis factus terram impletus: et carnem subiectus: et cetera que iam in hominis perfectione dicta sunt. In istis tanq; diebus vespere est ipsa perfectio singulorum operum: et mane inchoatio sequentium.

**I**gitur perfecti. s. c. et. t. Al. Nullomodo dicit potest: quomodo fecit deus celum et terram. Sed hec exppositio per ordinem diez indicat tanq; by storiam factarum regum: sed maxime obseruat predicationem futuro. Si que monet q; in etatibus seculi due prime tenet generationibus explicant: tres sequentes singulare: vñq; sexta vero nullo numero generationi diffinit: facile est videre etiam in unoquoq; homine infantum et puenciam quinq; sensibus corporis inhydrere. Quinarius autem duplex (q; duplex est sexus humanus) Unde generationes tales sunt. Denarii facit. Ab adolescentia vero vbi ratio preualere incipit in homine: accedit quinq; sensibus cognitione et actio quibus vita regitur et administratur: ut sit septenarius: qui duplicatus propter duplex sexu: xiii. generationibus eminet: quas habent tres etates adolescentis: iuuenis et senioris. Senectus vero nullo anno termino finitur: sed post illas quinq; etates quantum quisq; vixerit: senectuti deputatur. In hac quoq; etate seculi non apparent generationes: ut etiam occultus sit ultimus dies: que dominus utiliter latere monstrauit.

**I**gitur perfecti. z. Al. Post illos quasi sex diez opera valde bona: speret homo requie perpetuam: et intelligat quid sit requie: deus die septimo ab operibus suis: quia et ipse in nobis haec bona operat: qui iubet ut operemur: et recte quiescere dicitur: quia post haec omnia opera requies nobis prestat. Quomodo pater familias communis edificat cum servientibus facere imperat: et post ab operibus requiescere: cu perfecta fabrica iubet quiescere.

**G**loria. Moraliter. Habet unusquisque nostrum in nostris opibus et recta vi tanquam distinctos istos sex dies; post quos debet quiete sperare. Primo die lucem fidei. quando primam visibiliter credit; propter quam fidem dominus visibiliter apparere dignatus est. Secundo die factum est tanquam firmamentum disciplinae. quod discernit inter carnalia et spiritualia opera; sicut firmamentum inter inferiores aquas et superiores. Tercio die quo mentem suam ad operendos bonorum operum fructus preparat et erigit; separata labe et fluctibus temptationum carnalium. tanquam aridam terram habet mente videlicet tanquam a perturbationibus maris. ut iam possit dicere. Mente seruio legi dei. carne autem seruio legi peccati.

**Compleuitque deus** secundum Aug. Alia translatio. Consummavit deus die sexto opera que fecit; que nichil questionis affert; quia manifesta sunt quae in eo facta sunt. Sed secundum hebraicam veritatem querendum est quomodo dicatur deus septima die opus suum compleuisse. in quo nichil nouum creasse dicitur. nisi forte ipsum tunc fecisse. et in eius factura opera compleuisse dicatur; quod eo facto mensura numerique pfectit diez. quoz circuitu oea secula voluntur. nam in revolutione idem est octauus qui et primus. Complevit igitur die sexta opus suum. addito. vii. que sabbati dicitur et esse volunt et mystica per ceteris benedictione et sanctificatione donavit. Unde et dies iudicij. quia post septimam sabbati ventura est. octaua in scripturis dicta est. quasi septe tantum precesserint. dies quoque resurrectionis domini. cum post diez milia ventura esset. octaua dicta est. Potest dici compleuisse te una die septima opus suum. quod ipsius benedit et sanctificauit. opus enim est benedictio et sanctificatio; aliqd enim opus fecit salomon. cu templo dedicauit.

**Nie.** In hebreo habet die septima. Artabimus ergo iudeos. qui te ocio sabbati gloriantur. quod iam tunc in principio sabbati solutum est; dum deus operatur in sabbato compleps opera sua in eo.

**Compleuitque deus** secundum Aug. Quenam virtutem illi sex dies præterierunt; et addito septimo nunc per volumina temporum non re sed nomine repertur? In toto enim tempore multi venient posteritis similes; nullus idem. Unde dubitatur virtus illi sex dies præterierunt; an istis visitatis quotidie transcurrentibus illi maneat in regi conditionibus; ut non solam in tribus ante lumina maria. sed etiam in rei quis tribus intelli gamus die in specie rei que creata est: nocte in defectu vel priuatione. cu si amittitur species aliquam mutationem. quae omni creature

sive possibilitate. cu de sit effectus; sicut in celestibz corporibus. sive actu. ut in terrenis et mortalibus. Vespera autem in omnibus perfecte conditionis terminus sit. Mane incipientis exordium. Omnis enim creatura certis initiis et finibus continetur. Sed sive hoc sive ille. sive aliud. probabiliter dicatur; perfecto numero diez. i. senario. perfecte deus opera sua. que mensura. et numero diez. et pondere disposuit. i. in se. qui est mensura. omnis rei modum prefigens; et numeros prefigens et speciem. et pondus. quia omnia ad quietem et stabilitatem trahit. omnia enim terminat. format. ordinat. Vel sic disposuit omnia; ut haberent mensuram. numerum. et pondus. sicut dicitur deus corpora in coloribz disposuit. non ut colores in se prius haberint. sed ut ipsa colores haberent. Nec senarius numerus 10 perfectus est. quia sex diebus tens opera fecit. sed ideo perfecte opera sex diebus; quia senarius est perfectus. Sine his ergo perfectus esset. qui nisi esset perfectus. secundum eum perfecta non fierent.

**Et requieuit deus.** Beda. Non quasi operando lassus. sed ab universalis ope requieuit; quod nouam creaturam facere cessauit. Requiescere enim cessare dicitur; ut in apocalypsi. Requie non habebat dicens. sanctus. sanctus. sanctus. i. dicere non cessabant.

**Beda.** Altius quoque intelligitur requiescere ab universalis ope suo. i. non opus habuisse illis operibus. in quibus requiesceret; cuius requies in se met ipso vera est semper sine initio et fine. sed sola bonitatis causa fecisse opera. que in ipso requiescerent. humana vero indigentia quotidie laborat; ut in operibus suis requiescat. dicente deo. In sudore vultus. t. re. p. t. Deus autem non habuit necesse in creaturis suis requiescere; sed creaturis rationalibus in se requiem tedit.

**Aug.** Et requieuit deus secundum. Non laborauit deus in opando; qui solo verbo fecit omnia. dicendo fiat. Nec homo dicendo fiat. laborat. Sed forte dicere laborasse cogitando quid fieret. A qua cura perfectis rebus; qui eius se dicitur. Sed hoc sapere. desipere est. Unde ergo requiescere est creatura rationali in se requiem prestitissime. ut illuc. s. desiderio feramur; quo requiescamus. i. nichil amplius requiramus. Sicut enim facere dicitur. quod ipso in nobis operante facimus. et cognoscere. cu cognoscimus. sic requiescere. cu eius munere requiecamus.

**Aug.** Non est mirum. si diem quo Christus erat in sepulchro quieturus. modo prenuncians dixit; die septimo requieuit. deinceps operatus ordinis secularium.

**Aug.** Potest autem intelligi. deum requiescere a faciendo generibus creaturarum; quod nostra non condidit. vobis nunc tamen operari administrationem eorumdem generum; que tunc instituta sunt. Creatoris enim virtus causa subsistendi est omnis creatura. Quod enim dicitur. Pater meus vobis modo operatur universaliter creaturam continuam administrationem ostendit. die septimo requieuit; ut nouam creaturam veterius non ficeret. sed vobis nunc operatur; ut quod condidit. continere et gubernare non cesset.

**Aug.** Dens autem nec creando defessus. nec cessando refectus est. sed per scripturam suam ad quietis desiderium nos hortat. dicendo se diem sanctificasse in quo requieuit. ceteros enim non legitur sanctificasse; tanquam apud ipsum plus quiesceat operatio valeat.

**Augustinus.** Vici quoque anima est. ita suis operibus electari; ut potius in ipsis quod in se requiecat ab eis. cum in ipsa vel anima vel ratione aliquid melius sit quo fecerit; quod ipsa sint quae fecerit. Ideo ostendit tensum cum dicitur requiescere. nullo labore sic electatus; quasi faciendo eguerit. Vel minor. si non fecerit; vel beatior. cu fecerit. Quod ei illo ita est; ut ei debeat quod est. ipse autem nullus; quod ex ipso est quod beatus est. Se ipsum rebus quas fecit; diligendo preponit. Ideo non sanctificans diem quo ea facienda inchoauit. nec illum quo fecit ea; ne illis faciendo vel factis gaudium ei convenire videatur. sed cu quo ab ipsis in se ipso requieuit; qui nunquam requiecat. Sed eam nobis per diem septimum ostendit. significans eam non dari nisi perfectis; cui deputauit diem. qui perfectionem rex omnium sequebatur. Qui enim semper quietus est. tunc nobis requieuit; cum se requiescere monstrauit. et requiescit in nobis. cu in se requiecat tribuit. Requies ergo dei est quia nullius indiget bono. et ideo certa est nobis in illo; quia beatificamur bono quod ipse est. non ipse bono quod nos sumus. porro nec villo fieri se alio bono egeri; qui bono quod fecit non eget. Hec est enim requies eius ab omnibus operibus quae fecit. quia bono quod fecit non eget; nec egeret si non fecisset. Nam sic potest dici. nullis egens bonis; non a faciis requiescedo. sed nulla faciendo. Sed facere si non posset nullala potentia esset. Si posset et non faceret; magna esset inuidia. Sed omnipotens et bonus. omnia valde bona facit. Quia vero

<sup>†</sup> Huius semet ipso. quod post nichil nouum fecit. suum. Et requieuit deus die septimo

se ipso bono perfecte beatus est; a bonis quae fecit in se ipso requieuit; ea requiecat. a qua nunquam recessit.

**Aug.** Si autem dicetur requiescere a faciendo; intelligeret tantum non fecisse. Si a factis. forte ipsis factis egere videaretur. nos autem non in nobis. sed in illo requiescamus. nec ita velut in similes esse deo. ut in nobis requiescamus; sicut ipse in se. Sed sicut non requieuit nisi in se ipso; quia beatus est se ipso. ita in ipso nos quieturos speremus; qui non nostro bono. sed ipso beati sumus.

**Aug.** In se autem requieuit deus semper. In diebus vero quibus rerum consummatio narratur. in septimo tantum requieuit; qui rerum sequitur perfectionem a perfectis enim requiescit. qui perfectis non eget; ut beatior sit.

**Aug.** Opera eius videmus bona. quietem vero eius post bona opera nostra videbimus. Ob quam significandaz. una diem sabbati precepit observari. quod in tempore gratiae oblatum est; in qua perpetuum obseruat sabbatum. qui spiritu futuri omnia bona operatur. nec in bonis operibus suis. quasi non accepit. gloriatur.

**Aug.** Apud illum quieti eius nec mane nec vespera est. quia nec appetitur initio. nec clauditur fine. In perfectis autem operibus mane habet. et non vesperam. quia perfecta creatura incipit conuerti ad quietem creatoris. sed illa non habet finem suam perfectionis. et sic requies dei non ipse deo sed rerum perfectioni inchoatur. et habet in eo mane. quod ab ipso perficitur. sed in suo genere tanquam vespera terminatur. quod in deo vesperam non habet. quod nichil erit perfectius ipsa perfectione.

**Aug.** In illis autem diebus. quibus omnia creabantur. vespera est terminus conditio creature. Mane initium alterius conditio. et sic quinti diei vespera est terminus conditio in eo creature. Mane post ipsam initium faciendum sexta die. quia conditio terminus est vespera. et quia nichil condendum restabat. ita post illam mane factum est. ut non esset initium alterius creature conditio; sed quietis omnis creature in creatoris requie. Intelligitur enim completo sexto die post eius vesperam mane. quo significat initium manendi et quiescendi; que quies dei nec initium habet nec terminum. Creature habet initium; sed non finem. Ideo enim septimus dies caput a mane; sed nullo terminatur vespera. Si autem in ceteris diebus. vespera et mane vices temporum

# Genesis.

significant· qualia quotidie peraguntur; nichil prohibet septimum diem vespere manez concludi. Ut mane post vesperam septimi diei sit initium octauum· te quo silendum fuit; quia idem primus ad quem reditur. Unde probabilius est· hos septem dies sub ilorum nominibus sibimet succedentes tempora peragere. Illos autem primos in usitata nobis specie in ipsis rerum conditionibus explicatos permanere. qd de tribus fateri cogimur; qui conditi ante luminaria memorantur.

**Aug.** Queritur quomodo dicatur in die septimo in se ipso requiesce deus· cu scriptum sit· et requie uit deus die septima quasi non in se ipso? Quid est ergo dies septimi? creatura· an temporale spaciun? qd et ipsum creature

ab ynuerso opere qd patrarat.  
Et benedixit diei septimo· et sancti ficiuit illum; qd in ipso cessauerat

Nota

temporali concreatum est· et sic creatura? Nulla enim tempora sunt; que a deo creata no sint. Sex autem dies cu quibus et in quibus creaturis creati sunt: superioris dicti est. In septimi qn creavit? In ipso em nichil fecit; sed ab his q fecerat requieuit. Quomodo ergo requieuit in die quem no creavit? Aut quomodo cu post sex dies creavit· cu sexto die oia consummaverit; nee aliquid in septimo creauerit? Forte vnu tantu diem creauerit deus; ut ei repetitione multi preterirent. nec opus erat· ut septem crearet; quia illius quem creauerat septima repetitio bunc faciebat. Lucem enim discrevit a tenebris· diem q vocavit; et tenebras nocte. Unius diei repetitionem scriptura appellat secundum diem· deinde tertium· et deinceps usq ad sextu quo consummavit opera. Cuius repetitio septimi diei nomen accepit vel contraxit· et ita dies septimus· nullus dies· nulla creatura; nisi illa que prius condita· et dies vocata.

**Aug.** Sed quomodo circuere poterat lux· ad exhibendam diurnam nocturnamq viciitudinem· non solum ante luminaria· sed ante factum firmamentum· in uno ante speciem terre vel maris; que circuitum lucis admitteret? Hac difficultate compulsi superadiximus lucem factam prius esse spiritualis creature consummationem vel confirmationem. Noctem vero adhuc formandam in ceteris operibus materiam· que fuerat instituta; cu primo fecit deus celum et terram et omnia cetera.

**Aug.** Sed facilius est ut nos ignorare fateamur· quomodo lux· que dies dicitur· circuitu suo si corporalis est· vicem dici noctisq egerit? Si spiritualis est· condensis omnibus presentata sit suis praefentia diem· absenta noctem; Vesperam initio absente. Mane initio praesentia sua fecerit; q contra nativitatem diuinam scripturam conuenit· dicendo alium diem esse septimum; q illius diei quā fecit deus· septimā repetitionem. Alioquin aut non creavit deus diem septimum; aut septimus post illos sex. falsumq erit eum sexta die consummasse omnia opera sua.

**Aug.** Sed quoniam lux corporalis ante q fieret celum· quo circuitu noctem diem· exhibuerit; non innenimus; sic questionem terminamus. Lux prius creata non corporalis· sed spiritualis· sicut post tenebras facta id est· a sua informitate conuersa ad creatorē ita post vesperam habet mane· cum post cognitionem proprię nature· qua non est qd deus· refert se ad laudandam lucem que est deus; cuius visione formatur· et quia creaturę inferiores sine eius cognitione non sunt; unius dies ubiqz repetitur. cuius repetitione tot dies sicut· quotiens distinguuntur rerum genera senarij p fectione terminanda. ut vespera primi diei sit sui cognitio· qua scit se non esse qd deus. Mane post vesperam quo clauditur dies unius· et inchoatur secundus; conuersio eius· ut q est creata ad laudem referat creatoris· et cognitionem creature percipiat de verbo dei· que post ipsam fit· i· firmamēti. qd in eius cognitione fit prius· cum dicitur. Et factus est ita· post in natura firmamenti· cum additur; et fecit deus firmamentum. Deinde vespera lucis huius· cum ipsum non in verbo dei sicut ante· sed in ipsius natura cognoscitur; que cognitio tanq minor vespera dicitur. Postea fit mane· quo clauditur dies secundus; et incipit tertius· in quo itidem est in mane· conuersio huius lucis ad laudem dei· quia fecit firmamentum ad percipiendā de verbo dei cognitionem post firmamentum faciendę creature. Et sic cetera usq ad mane post vesperam sexti diei. Multum enim interest· inter cognitionem cuiusq rei in verbo· et in ipsius natura. Unde h ad diem· illud pertinet ad vesperam. Reluet enim que in verbo conspicitur cognitione· et illa qua creatura in se ipsa noscitur recte vespera dicitur.

**Aug.** Quia vero angelī creaturam in se ipsa sic scīunt; ut preponant qd eam in veritate scīunt; per quā facta sunt omnia· per sex dies non nomi natura; sed post vesperam et mane dies unus· et sic p cetera. Dei ergo cuius vespera et mane secundū predictam rationem accipi potest· senaria

# C. II.

repetitione· facta est omnis creatura· factumq est mane; quo finetur dies sextus· et inciperet septimus sine vespera. qd dei requies non est creatura· qd per ceteros dies aliter in deo· aliter in se facta cognoscit; cu cognitionis quali decolor species vesperam facit. Non ergo forma opis dies· termin⁹ vespera· et alterius operis initium mane debet intelligi· ne cogamur dicere preter sex dies septimi conditam creaturam; aut ipsum non esse creaturā· sed dies idem per omnia opera repetitur; no circuitu corporali· sed cognitiōne spirituali. cu an-

geli prius contemplātur creaturam in verbo dei· deinde in sua cognitione· et post in se ipsa; qd significat vespera facta. Et hāc cognitionem ad ipsi⁹ veritatis laudem refert; qd mane significat.

**C** intelligitur etiam ut non creature· sed sibi requies dei diei septimi habuerit mane sine vespera· i· initium sine termino. Si enī diceref: Requieuit die septimo· nec adderet ab opibus suis; frustra initii quietis quereremus. no em̄ incipit requiescere. Requies autem ab operib⁹ ex eo cetera est; ex quo illa perfecta. Neq em̄ ab operibus suis eoz no egendo requiescit· priusq essent; quibus nec perfectis egisset; et qd eis nunq omnino egit; nec beatitudo qua eis non eget tanq perficienda perficietur. Ideo septima die nulla vespera accessit.

**Aug.** Nec putet quis qd de luce spirituali dicta est· et de die spirituali condito in spirituali et angelica creatura· de contemplatione quā habet in verbo dei· et de cognitione qua in se creatura cognoscit· eiusq relatione ad laudem veritatis· non iam pprie; sed figurate et allegorice conuenire ad intelligendū diem vesperam et mane. Sed aliter qd in consuetudine hui⁹ corporali lucis· non tñ hic tanq pprie; ibi figurate. Vbi em̄ ce: tio: lux; ibi verior dies· cur ergo no verior vespera· et verius mane?

**Aug.** Dies ergo ille primus angelica· s· creatura est presentata omnibus operibus dei hoc ordine presentis quo scientis· qua in verbo facienda prescribet; et in creatura facta sciret· non per interualla temporis; sed prius et posterius habens in coniunctione creaturarum· in efficientia creatoris omnia simul cognovit. Sic em̄ fecit deus futura· ut non temporaliter temporalia; sed ab eo facta currenerit per tempora. Lux em̄ creatura spiritualis omnibus operibus dei presentari potuit per senarij perfectionē· atq inde septimi requiem dici mane habere· non vesperam; ut no sit deo hoc requiescere septima die· tanq ipso eguerit ad requiem· sed qd in conspectu angelorum requiererit ab omnibus operibus· no nisi in se ipso; qui non factus est· i· ut creatura angelica· que cognoscendis operibus in ipso et in illis tanq dies cu vesperra presentata est· nichil post omnia bona valde melius cognosceret· qd illum qui ab omnibus operibus in se ipso quiesceret· nullo eoꝝ egentem quo sit beatior. In qua cognitione non habente vesperam benedici et sanctificari ob hoc meruit.

**Beda. All.** Unde dicitur. Memento ut diem sabbati sacrificies. h̄ aut benedicō et sanctificatio maiorem benedictionē et sanctificationem significat· sicut em̄ crebris victimis sanguis xp̄i semel fundendus significatur; ita per requiem diei septimi post opera sex diez sepe celebratam signabatur ille dies sabbati· quo xp̄s semel in sepulcro quietus perfectis sexta die omnibus operibus· quibus mundū sex dieb⁹ perfectum restaurauit. In qua antiqui memor operis saluationē mundi se perfectasse declarauit. Dixit em̄ consummatus est· et inclinato capite· e. f. Hoc sacrificatio et benedictio et requies post opera valde bona significat nos post opera bona (que in nobis operatur ipse) peruenturos ad requie celestis vite· fructueros eterna sanctificatiō et benedictione. Ideo hec dies vesperā habere no scribit.

**Iste sunt generationes.** He. Eos tangit q mundū sine initio dicunt semper fuisse. Vel qui a deo factum putant; sed ex materia quā non fecerit; sed coegerit ei. In die quo fecit celum et terrā zc. Diem ponit pro omni tempore· quo primordialis creatura formata est· non em̄ in quolibet sex diez celum factum vel siderib⁹ illustratum· et terra ab aquis separata· ariboibus herbisq consita. Sic apls dicens. Ecce nunc dies salutis· significat totum tempus quo hic viuimus. Sed difficile est intelligere quomodo fecit deus in hac die· c. et t. et omne virgultum· nisi dicamus· qd in materia informi pariter omnis creatura formata est. iuxta illud. Qui viuit integrarum· creavit omnia simul. Si ergo in hoc die tempus intelligimus· quo ante omnem huius seculi diem facta sunt omnia simul. Parte q herba et omnis arbor in via substantia causaliter facta sunt; priusq visibiliter oriuntur et germinarent. Si vero hūc diem pro illo tempore accipimus· quo mundus per sex dies ornatus est· possumus intelligere· quia protulit terra

# Genesis.

herbam virentem non sicut modo cum irrigatione pluvia p. vel industria hominum multa procreantur sed aliter prima herbarum et arborum facta est creatio; solo s. dei imperio sine pluvia et ope humano. Unde sequit. Non enim pluerat dominus deus super terram. **M**istice. Isid. Ita sunt generatores c. et t. Numerati sunt sex dies quibus universitas seculi a capite usque ad finem quasi brevis imago figurata est. Unde pars libri liber generatiois celorum et terre dicta est. In hac vero conclusione unus dies dicitur quo fecit celum et terram. In quo tempus significatur. His ergo paucis verbis insinuata est omnis creatura ante peccatum anime. In celo et in terra omnis visibilis creatura. Non mine diei omne tempus; quod simul facta sunt eis et temporalia. Non mine virgultum et herbe creatura innobilis; propter vigorem vite immortalem si non peccasset. Ante hanc orationem in terra i. paulus peccaret i. terrenis cupiditatibus se subderet. Unde sequit. Non enim pluerat deus super terram. Et est nondum prophetias vel euangelicis nubibus umbrae verbi misso anima vivere fecerat. Et hoc non erat qui operaretur. t. quod post peccatum homo laborare cepit in terra et necessarias habuit nubes illas; unde virgultum i. anima virebat. Irrigabat eam fons vita p. inundatio veritatis loquens in intellectu eius; ut pluvia de nubibus non egeret antea peccaret. Hic erat status hominis ante peccatum.

**A**ugustinus. Alio translatio habet. hic est liber creature celum et terra. Cum factus est dies fecit deus celum et terram et omne viride agri z. Firmior fit sententia qua dicitur unius diem fecisse deum; unde illi sex dies vel se ptem. bini? vii? repetitione numerari potuerunt. quando scriptura conclusa cuncta que ab initio hucusque dixerat. ait. hic est liber creature. c. et t. cum factus est dies. Non enim memorata sunt celum et t. sicut in principio antea fuerit dies; cum tenebras erant super abyssum. sed quomodo factum est celum et terra. cum factus est dies. iam distinctis s. et rex generibus; quibus omnis creatura composita est in hanc speciem. que mundus vocatur. hic ergo celum memoratur quod est firmamentum. cui omnibus que in illo sunt. et terra illa que cu abysso unius obtinet locum cu omnibus que in ea sunt. Cu enim dicitur cu factus est dies. sive superioribus nectari. ut sit una sententia; hic est liber creature celum et terra. cu factus est dies. sive inferioribus. ut sit plena sententia; Cu factus est dies. fecit deus celum et terram. cogit sic intelligi. celum et terra quomodo s. facta sunt; cum factus est dies. Cum vero addit. et omne viride agri. quod tertio die factum est. plane appareat. illum esse diem unius quem fecit deus. quo repetito. factus est secundus et tertius dies. et ceteri usque ad septimum. Cum enim nomine celum et terre omnem creaturam vellit accipere. super posuit omne viride agri; ut hunc diem apertius significaret. Cu enim conditorum ordinem recolimus. innenimus viride agri tertio die creatum; ante solis presentia dies quotidiani perageret. Quando etiam audiimus. cum factus est dies. fecit deus omne viride agri. admonemur ipsius diei; que sive corporalem lucem nobis incognitam. sive spiritualem in societate angelica intelligimus. Item cu dicitur fecisse deum. c. et t. z. cum factus est dies. simul omnia fecisse signat. et cum sex diez ordine creata memoriaantur. et nunc ad unum reducuntur. hunc septies repetitum. et illa senariam vel septenariam repetitionem non intercallo temporis factam intelligimus. Scriptura enim altitudine superbos irridet. profunditate attentos tenet. magnos veritatem. parvulos nutrit affabilitate.

**A**ugu. In prima mundi conditione cu deus omnia simul creavit. homo factus est. qui esset ratio creandi hominis: non actio creati. Sed aliter hec in verbo dei. ubi ista non facta sunt. sed eterna. aliter in elementis min. vi. ubi omnia simul facta sunt futura. aliter in rebus. que iam non simul. sed tempore suo queque creatur. aliter in seminibus. in quibus rursus primordiales cause repetentes te rebo deducuntur. que secundum causas quas primum condidit extiterant. velut herba ex terra. lumen ex herba.

**O**mne virgultum z. Aug. Intelligit terra causaliter. pruduisse herbam et lignum. i. producendi virtute accepisse. In ea enim tanquam in radicibus facta erant. que per tempora futura erant. fecit ergo antea essent super terram secundum formabilitatem materie. que formanda erat verbo eius. procedens

# C. II.

formatione non tempore. sed origine.

**N**on enim pluerat z. Aug. Quasi non fecit deus sic tunc. sicut nunc cum pluie et homines opantur. et pro moras temporum sunt que non erant. cu fecit omnia simul. tempora enim non fuerant ante creaturam. sed cum creatura et ipsa creatura. Motus enim si nullus esset vel corporalis vel spiritualis creature. quo per praesens fieris futura succederent. tempus omnino non esset. nec creatura moueri posset.

## Sed fons z.

**B**ed. Huius fontis qualitatem irrigatio. iam terra herbis et lignis vestita superuenit. Fons unus ascensus dicitur. p aliquo in terra simili unitate. vel singularis positus est. p plurali.

## Sed fons z.

**A**ugu. Hic intumare videtur que sicut secundum tempora interuersa. ex prima conditione ubi sunt omnia simul. incipiens ab elemendo. ex quo omnia nascuntur germina ani

malium herbarum vel lignorum. ut agant temporales numeros propriis naturis distributos. Primordia enim omnium seminum humida sunt. et ex humido concrecent. Si dicatur. quanto libet fonte non posse faciem omnium terrarum irrigari. et si montes irrigaret. diluvium esset. Respondetur. quod vicissim fieri posset. sicut nilus plana egypci irrigat. Possunt et per unum fontem intelligenti multi fontes regiones proprias irrigantes. et omnis terra facies irrigata. sicut omnis vestis facies colorata. et si non continuatim sed maculatim ab hoc fonte que narrantur. per moras temporum sunt non simul. Cu ergo aliter sint creature rationes in verbo dei. aliter opera quibus die septima requieuit. aliter que ex illis usque nunc operatur. ultimum virtus corporis sensu et consuetudine cognoscimus. duo remota a sensibus nostris et humanae cognitionis usu. prius auctoritate divina credenda: post per hoc que nota sunt virtus noscenda.

**F**ormauit igitur dominus z. Aug. Mistice. Latior de homine figurate explicat narratione. ut querentes instruantur et exerceantur. hic formatio non est noui opis inchoatio. sed diligens retractatio. Si hic hominem et corpore et anima ita factum intelligimus. bene ista commixtio limus dicitur. Sicut enim fit limus commixtione pulueris et liquoris. sic anima corporis materia vivificando unita nec patitur dissolui. Inspirauit in faciem eius spiritum. Si corpus tantum erat. hic anima corpori adiuncta intelligimus. Si vero homo factus iam corpus et anima erat. anima hac inspiratione sensus est additus. cu factus est homo in anima vivente. non quia illa sufflatio respiratione sit in animam viventem. sed operata est anima vi. Non dum tamen hominem spiritualem telem intelligere sed animalem. qui tunc spiritualem factus est. cu in paradi si beata vita est constitutus. Unde prius animales sumus. de illo post peccatum nati. donec per spiritualem adam spirituales renascamur. Paradi si vero nomine beatitudine in qua homo positus est significatur. Sed quia in nemoribus deliciosa quies hominem est. et corporeis sensibus te oriente lumine oritur. celumque consurgit. quod est superius corpore nostro atque excellentius his verbis spirituales deliciae. quas habet beata vita. explicant. Intelligimus autem gaudia nostra spiritualia significare omne lignum formosum. ad aspectum intelligentie. et bonum ad escam. que non corruptitur. ut est omnis ratio et virtus spirituialis. que cibis est anima. Productum est hoc lignum de terra. quia gaudium spirituale debet superesse terre. Lignum vitrum plantatum in medio paradisi. quia debet anima intelligere se ordinata in medio regni. ut cu sub se habeat corpoream creaturam. sive se tamen intelligat esse naturam dei. ut nec contemnet quod est. nec arroget quod non est.

**A**ug. Formauit igitur d. b. z. **P**ans de limo terre formatum est corpus animale. quale nunc habemus. non spirituale. cum qualiter resurgentur. Unde queritur quomodo reformemur. si non ad hoc per christum reformamur. quod in adam fuimus. non autem immortalitatem perdidit. si prius animale fuit. neque animale corpus erit. sed spirituale cu incorruptionem induerit. Unde quidam putauerunt hominem corpore fuisse animalem. sed mutatum cu in paradiso poneretur. sicut mutabitur in resurrectione. Sed si ita est frustra conamus paradisum et illas arbores et fructum secundum gestorum proprietatem accipere. Non enim cibi et arborei pomis immortalibus corporibus sunt necessarii. Ista quoque mors hominis quam peccato meruit. indicat enim non

# Genes. C.

moritum si non peccasset. Sed quomodo sine morte mortalis? Aut quomodo si corpus animale non mortalitatem? Unde putant enim non corporis mortem; sed anime peccato meruisse. credentes propter corpus animale exitum fulisse de hoc corpore ad requiem quam nunc habent sancti; et in fine seculi idem corpus immortale recepturum. Contra quod apostolus. Corpore quod mortuum est. propter peccatum. et sic non moreretur etiam corpore. si non peccasset. anima le tamē posset esse ante peccatum; et post vitam in paradiso iustificata. cum deus vellet fieri spirituale. Sed autem. Quomodo renouamur. si non recipimus? quod perdidit homo prius. Recipimus quod ammido. et non recipimus? Non enim immortalitatem spiritualis corporis recipimur? quam nondū habuit homo. sed iusticiam. a qua pro peccatis lapsus est homo. Renouabimur a reu state peccati. non in corpus animale in quo fuit. sed in melius. i. spirituale. Renouamur mente secundum imaginem dei. qui peccando est perdita. Re non abimur carne. cum corruptibile et mortale induet incorruptionem et immortalitatem in quam mutandis erat ad aliam. nisi mortem corporis animalis peccando meruisse. Non ait apostolus. corpus mortale. propter peccatum sed mortuum. Illud enim ante peccatum mortale et immortale. quia poterat mori et non mori. Aliud est autem non posse mori. aliud posse non mori. Quodammodo creatus est homo immortalis. quod erat ei te ligno vite. non de condicione naturae. Mortalis erat condicione corporis animalis. Immortalis beneficio conditoris. Non enim immortale quod mori omnino non possit erit nisi spirituale. Ideo factum est per peccatum non mortale quod erat. sed mortuum. quod non fieret. nisi peccasset. animale est enim hoc corpus. sicut prius hominis. Sed iam tererius. habet enim necessitatem moriendi.

**Aug.** Stola prima aut iusticia est. te quod lapsus es. vel si corpore immortalitate ligat hanc amissio. cum peccando ad eam punire non potuit. Dic ergo ad alium corpus animale habuit. non modo ante paradisum. sed et in paradiso quoniam in interiori homine fuerit spiritualis. quod amisit peccando. et meruit corporis mortem. qui non peccando mereretur in corpus spirituale mutationem.

**Aug.** Formauit et. Videndum est virtutem recapitulatio sit. ut dicatur quomodo homo factus sit. quem sexta die factum legimus?

An tunc cum fecit omnia simul. et hominem in his fecit. ut accessa temporis etiam modo fieret quo in hac perspicua forma vitam gerit. si cut seruum factum. antequam exiret. accedente tempore et fontis irrigatione exstinxit. et super terram esset.

**Aug.** Secundum recapitulationem prius videamus. Forte factus est homo die sexto. sicut ipse dies prius factus. sicut firmamentum terra et mare que non sunt dicenda ante in primordiis iam facta latuisse. et post in hac factum quia mundus est instructus accessu temporum tanquam exorta claruisse. Nec sidera in elementis prius facta et recordata accessu temporis in has formas emicuisse. sed senario perfectionis creata simul omnia. cum factus est dies. Sic forte sexta die hac visibili forma de limo factus est homo. sed tunc non commemoratur est. quod nunc recapitulando insinuat. Sed hoc scripture congruere non videt. Scriptum est enim cum adhuc sexta die opera narrarentur. Faciamus h. a. i. et s. n. Jam ergo de limo homo factus erat. et mulier ex eius latere. non enim sexta die factus masculus. et post accessu temporis feminam. Inquit enim. Masculum et femine. Quomodo ergo iam in paradyso homine constituto (sicut sequitur) facta est mulier? Sed forte hoc preternit. sum scriptura recolit. Nam secundum hoc sexto die paradisus plantatus est. ubi locatus homo soporatus est. ut formaret eua. quia formata. enigilavit. nomenque imposuit. Verba vero hominis cum animantibus vel cum miseri nomen imposuit. vel cum dixit. poter hoc relinquet. h. p. et m. non nisi temporalis mora fieri potuerunt. Non ergo hec facta sunt. sicut creata sunt omnia simul. Aut igitur non omnia opera sex dies simul. sed per moras temporum facta sunt. Aut si simul facta sunt. secundum illud. Qui vinit in eternum. creavit omnia simul. non est dubium quod homo de limo terre formatus est. et quod formata vixit ex latere. non ad conditionem quia simul facta sunt omnia pertinere. sed ad eam quae fit per tempora. quia deus nunc usque operatur. Quod his verbis innuit. plantauit deus paradisum in eden. et elecit adhuc de terra omne lignum et. Cum enim dicit adhuc. aperte. quod aliter nunc ejicit. aliter tunc. cum forte tertio die. p. duxit terra herbam vires et. tunc. s. potentia. et causaliter. sicut creantur omnia simul. nunc visibiliter temporis accessu. Nisi dicat. non omne genus ligni tertio die factum. sed aliquod dilatit quod sexta die formaret. cum factus est homo. et in paradyso positus. Sed frustra per singulos dies distincta sunt opera omnia. si remaneret permittio vela. Masculus ergo et feminam aliter sexta die. aliter nunc creati. nec enim tunc. et non posset. aut postea. et non tunc. nec alij postea. sed ictem ipsi aliter tunc.

# C. II.

aliter posset. s. visibiliter. non tamen de parentibus. sed ille de limo. illa de costa. tunc autem invisibiliter potentia. et causaliter. quomodo sunt futura non facta.

**Beda.** Formauit et. Factura hominis. qui sexta die factus est. latius describitur. quod factus sit corpore. s. et anima. et corpus de limo. anima vero de nichilo deo inspirata creaturam est. et femina de latere dormientis. Et ne carnaliter putemus deum corporis manus formasse corpus. vel fancibus inspirasse animam vel vitam. Quod enim dictum est. Manus tuus. d. f. et plas. me tropica locutio est. Spiritus enim est deus. nec liniamentis membrorum compositus. Formauit ergo de limo hominem. i. verbo suo de limo fieri insit. Inspirauit in faciem eius spiritus. vi. Substantia. s. anima et spiritus in qua viveret. creauit.

**Aug.** Querit virum deus repente hominem in etate virili fecerit. an perficiendo etates angendo. sicut nunc format in matris utero? Sed quidquid bonum fecerit. hoc fecit. quod deus omnipotens et sapientem decuit. Ita enim tempore leges generibus qualitatibusque rex distribuit. ut voluntas sua super omnia sit. Potentia enim sua numeros creature dedit. non ipsam eis alligauit. nec expectati sunt dies. ut virga moysi verteret in draconem. Nec talia contra naturam sunt. nisi nobis. quibus alter nature cursus immotuit. deo autem est natura quod fecit. Sic adam in etate virili continuo factus est. quem tamē fecit secundum causalem rationem in qua prius factus est. alioquin enim eum in sex diebus opibus non fecerat. Neque enim contra dispositionem suam faceret. erat enim in prima causay conditione. sic hominem fieri posse. sed non ibi erat necesse. Hoc enim non erat in condicione creature. sed in beneplacito creatoris. cui voluntas necessitas est. Nos autem in rebus temporaliter ex ortis scimus quid cuiusque natura sit. quod experimento accipimus. sed virum futurum sit. ignoramus. In natura innatis est. ut senescat. sed virum in dei voluntate sit. nescimus. hoc enim necessario futurum est. quod vult et prebeat. Multa vero secundum inferiores causas futura sunt. sed in praesentia dei futura non sunt. Si autem ibi aliter sunt. potius futura sunt. sicut ibi sunt. vbi prescribit. qui non potest falli. Futora enim senectus est in iuvene. Sed futura non est. si ante moriturus est. Nam secundum quasdam inferiores futuroz causas moritur erat Ezechias. cui deus ad didit. xv annos. quod ante oīa se factus esse prescribat. Non ergo fecit quod fumrum non erat. Hoc enim magis futurum erat. quod prescribat. Secundum ergo inferiores causas iam finierat vitam. sed secundum dei voluntatem et prescientiam. qui ab eterno nouerat quod futurum erat. tunc finiturus erat quando finiuit. Esti enim oranti concessum est. et iam orando meritus ille prescribat. et ideo necessario futurum erat.

**Et inspirauit et. Aug.** Sine dubitatione flauit vel sufflauit dicendum est. non quod fancibus sufflauerit. vel hominis anima de sua substantia forma uerit vel creauerit. sed flauit. et flatum hominis. s. animam fecit. Flare enim est flatum facere. flatum facere est animam facere. Unde omnem flatum ego feci. Agnitus autem virum animam ex nichilo fecerit. an ex re quae iam facta erat. s. anima non erat. Si enim dicimus deum aliquid ex nichilo non creare. postquam omnia simul creauit. non credimus adhuc ex nichilo animas creare. Et si fuit materies unde anima fieret. vel adhuc anima fuit. quid est ipsa. quod nomen. quam specie. quem usum in rebus conditis tenerit. vivit an non? Si vivit. quid agit? Quid in uinculitate agit vel efficit? Beatam vitam gerit. an miseram. an neutram? Unificat aliquid. an non? Si nulla vita erat quomodo erat future vita incorporea nec uiva materia. aut falsum est. aut latet nimis. Si uiuebat. nec beatum. nec misere. quomodo rationalis erat? Si tunc rationalis facta est. cum ex illa materia natura humana anima facta est. irrationalis vita materia erat anime rationalis. i. humana. Quid ergo a pecoris anima distabat? Dicendum est ergo deum in illis primis operibus que simul omnia creauit. animam etiam humanam creasse. quam suo tempore corpori inspiraret. Quod enim dictum est ad imaginem suam. in anima. masculum et feminam in corpore intelligit. Credatur ergo hominem ita factum ex die ut corporis humani ratio causaliter in elementis mundi. anima vero iam ipsa crearetur. sicut prius creatus est dies. donec eam suo tempore formato corpori insereret. Sed si iam facta erat anima. vbi ei melius esset quam ibi. Quare ergo innocentem uiuens carni inserta est. in qua creatorum offendere. et merito perire? Sed forsitan ad corpus regendum voluit inclinari. vbi et iuste et inique uiuere posset. et quod elegit. hoc habuit. vel de iustitia premiu. vel de iniqtate suppliciu. Cur ergo non credit quod dei iustitia ad corpus uenerit. vbi si obediens uellet. vitam eternam acciperet. penam si contemneret.

# Genesis.

**A**Aug. Dicendum est animam non sic creatam: ut p̄ficia esset opis futuri iusti vel iniusti. Non em̄ credibile est eam sponte inclinari ad corporis vitam. si se ita sciret peccaturam: ut supplicio puniretur perpetuo. h̄ac creaturam qui sic vult esse: contradicit dei bonitati. Qui vero nō vult eā pro peccatis penam luere: inimicus est veritati.

**A**Aug. Non sunt audiendi qui putant animā esse partem dei: Si enī ē esset: nec a se: nec ab alio recipi posset: nec ad malū faciendum vel patēdum compelli: nec in melius vel tēterī imputari. Flatus autē quo hominē anima/uit factus est a deo: nō de deo. Nec flat⁹ hominis pars ipsius est: quē facit nō de se ipso: sed aero anheli tu assumpto et effuso. Deus vero potuit de nichilo viuū et ratio/nabilē facere: qđ nō potest homo. Quidā tñ estimant non tunc animatū hominem quād deus insuffla/vit in eius facies. et fa/crus est in animam viuentem: sed spiritū sanctū accepisse. Animā vero ex nichilo factam dubitare fas non est.

**A**Aug. Querī solet: vtrum si n̄c̄l̄t̄ incorp̄r̄l̄ compellat? Sed melius traditur h̄ naturaliter velle: i. sic creari ut velit: sicut naturale nobis est vel le vivere. Male autē vivere non natura: sed voluntatis peruersio. Si quis autē nō vult eā existimare factam: nisi cū formato corpore est inspirata: qđ respondeat cū queritur vnde facta sit: aut ex nichilo dicer deum fecisse ali quid post illā confirmationē oper̄. aut de iam existente factam: et labora/bit querendo quē illa natura sit. Qd̄ si vitare voluerit: dicendo sexta die de limo terre factum esse hominem: sed recapitulando postea memoratum videat: quid de muliere dicat: qđ masculū et feminā fecit eos.

**A**Aug. Sed forte anime sexta die facte: vbi imago dei relinet: vt postea corpora formarentur: sed b̄ credere scriptura nō permittit: tum ppter senāriam perfectionē oper̄: tum qđ sexus mas: et femineus in corpore tantum sūt. Si quis secundū intellectū et rationē vtrūq; sexum in anima vna accipē/dum putauerit: quid dicet de his que ad escam tempore illo data corporib; bus tantum congrua sunt. Si vero figurare acceperit: recedat: a ppteritate geste rei: que preponenda est in huīsimodi.

**P**lantaauerat autē d̄. v. Ab illo principio plantauit para/dīsum: quo terrā omne remotis aquis herbas et ligna. producere iussit. Vn quo hominem sexta die formatū posuit: qui et si p̄ḡlēt̄ ecclēsī vel futu/re patriū tipū tenet. Ad literā tñ intelligendū est esse locū amēnissimum: fructuosis arborib; magnū: et magno fonte secundū. Qd̄ dicimus a principio: antiqua translatio dicit ad orientem. Unde volunt in orientali parte esse paradīsum: longo interaccidente spacio: vel maris vel terre: et regionib; bus quas incolunt homines secretum. vnde nec aque diluvij illuc peruenient. Qualiter plantat̄ sit: exponit dices: p̄duxit d̄ns deus te humo omne lignū z̄. hoc codem intelligit̄ die factum: quo cuncta ligna fructifera deo iubente terra. p̄duxit. sed hic repetit̄: vt qualis sit locus paradisi no scatur. et qđ de ligno vite et scientiē boni et mali erat specialiter dicturus.

**A**Aug. Et plantauit d̄. p. in eden ad orientem z̄. Tres generales sententie de paradiſo sunt. Una eorum qui corporaliter tantum intelligi voleunt. Alia eorum qui spiritualiter tantum. Tercia vero eorum qui vtrōq; modo paradiſum accipiunt. Terciā michi placere fateor: vt homo factus ex limo: qđ corpus humanum est: in paradiſo corporali locatus intelligatur quomodo adam: et si aliud significat: quia est forma futuri: in natura propria homo accipitur.

**A**Aug. Plantauit autē dominus paradiſum in eden: i. in deliciis. Deinde hoc recapitulat: vt ostendat quomodo paradiſum deus plantauit. Et eicit deus de terra omne lignū z̄. Jam em̄ tunc p̄duxerat terra omne lignū: de s. tercio. Sed cū ex his generib; sunt ligna instituta in paradiſo produxit in manifesto et in tempore suo: que iam causaliter tertio die terra produxerat.

**S**tra. Quidam codices habent eden ad ortum. Et quo possum⁹ coniū/cere paradiſum in oriente situm. vbiq; autē sit: scimus eam terrenū esse: et interiecto oceano: et montib; oppositis: remotissimā a nostro orbe: in alto situm: pertingētem v̄sq; ad lunarem circulum. Unde aque diluvij illuc minime peruenierunt.

# C. II.

**I**n quo posuit. Aug. Si quis putat animas corpore etatas locis corporalib; contineri: cum sint sine corpore: nō deerunt qui suaeant: et dum sitientem in loco corporali fuisse contendat: ipsamq; animam omnino corpoream: ppter arenem linguā et stillam de lazari digito capitam. H̄ melius est dubitare de occultis: qđ litigare de certis. diuitiez in suppicio pauperem in refrigerio esse non dubito. Sed quomodo intelligat flama inferni sinus abraz et huīsimodi: vix a mansuetis: a contentiosis nūc inuenitur. Si autē corporalib; locis continent animē etiā corporib; exīt: potuit latro in paradīsum in duci: ubi fuit pri⁹ corpus primi hominis.

**S**apientia vero nō est corpus: et ideo nec lignū: s̄ potuit significari per lignū. Hoc quoq; addo quanq; corporalem: talem m̄ cibū: illā arborem p̄fessissimē: quo corp⁹ hominis stabili sanitate firmaret: non s̄ ex alio cibo: sed non nulla inspiratione salubritatis occulta. Quāuis em̄ visitatis panis plus habuerit: cui vna collirida de hoīem a fame qđraginta dieb; liberavit. Lignū etiā vite. Aug. De sapientia dicit. Lignū vite bis est: qui apprehenderint eam. Sed est hierālm̄ eterna in celis: est et ciuitas illā significans condita in terris. Sarā et agar sunt duo testamento: duū tñ mulieres erant: et cū xp̄s per lignū passionē aqua spirituali nos satiet: erat tñ petra qđ ligno percussa aquam p̄ebuit. Aliud erat qđ significabatur: sed ipsa corporaliter erant: et quando narrata sunt: non erat figurata locutio: sed rerum expressa narratio. Erat ergo lignū vite: sicut petra xp̄s: nec sine mysteriis spiritualiū rerum corporaliter p̄fessatis: voluit hominem deus in paradīso vivere. Erat in ceteris lignis alimentum: in illo sacramentum. Ipse etiā christus ouis est qđ immolat̄ in pascha: cum illud non tantū dicendo: sed etiā faciendo figurabat. ouis em̄ vere erat: occidebat: māducebatur: non sicut vitalius saginatus renentem filio occasus. ibi em̄ narratio figuraz: non figurata significatio gestoz. Nō em̄ hoc evangelista: sed dominus narrat: qđ narrauit euangelista: etiā factum est: dñm s. talia dixisse: domini narratio parabola fuit: de qua nunq; erigit: et ad literā mō strettur. Christus est lapis a iacob virtus: et reprobatus ab edificantibus. Sed illud vere factum est: hoc in figura predictum. Dic sapientia: i. xp̄s lignū vite est in spiritualiū paradiſo: quo misit de cruce latronem: s̄ lignū vite est creatum in paradiſo corporali: sicut dicit scriptura: que res suis te poib; gestas narrauit.

**B**eda. Lignū etiā vite z̄. In altero hominis signū obedientie: quā debet. In altero sacramentū vite eternae: quā obedientie mereret. lignū vite dictum: qđ diuinus accepit: vt qui ex eo manducaret: corpus ei⁹ stabilis sanitatem firmaret: nec vlla infirmitate: vel ḡtate in deterius vel in occūsum laberetur. **S**trabus. Lignū vite h̄c naturaliter virtutē habebat: vt qui ex eius fructu comedenter: perpēta soliditate vestiretur: nulla infirmitate: vel anxietate: vel seniū lassitudine: vel imbecillitate fatigandus.

**L**ignūq; scientiē: b. et. m. Aug. Erat corporale: sicut aliae arbores: nec cib⁹ noctū: qui em̄ fecit omnia bona valde: nichil mali in paradiſo statuit. Sed mala transgressio p̄cepti. Postebat autē vt homo sub domī no positus: ab aliquo prohiberet: vt esset merendi obedientia: que sola verissime virtus est rationali creature degenti sub potestate dei: sicut primū et maximum viciū tumoris: velle vti sua potestate: qđ est inobedientia: nō em̄ erat: vnde homo se habere dominū cogitaret: nisi ei aliquid inberetur. Arbor ergo non erat mala: sed scientiē dicta noscendi bonum et malum: qđ post prohibitionem erat in illa transgressio futura: qua homo experiencingo disceret: quid esset inter obedientię bonū et inobedientię malum: nec de fructu qui nasceretur inde: positum est nomen: sed de ipsa re que transgressio nem̄ secura est.

**M**istice. Lignū scientiē: b. et. m. Animē medietas et ordinata integras signatur. Qd̄ in medio paradiſi plantatū: et scientiē boni et mali dictū quia anima que debet in deum extendi: si deo deserto ad se conuersa fuerit: et potentia sua sine deo frui voluerit: pena sequente expiendo dicit: qđ sit inter bonum qđ deseruit: et malum quo cecidit: et hoc erit ei gustasse de ligno scientiē boni et mali.

